ꝛc. q2 tenuit viā angelicā. Ecce ego
mitto angelū meum ante faciē tuā
q̄ preparabit viā ante te. Mala. iij.
Dictus eſt autē. Johannes baptiſta:
angelus triplici ratione. ¶ Primo
ratione puritatis Angelus eſt purus
Johannes bapti. fuit puriſſimus; ex
q̄ placuit deo. puer. xij. Qui diligit
cordis mūdiciā diligetur a dño. Ita
purum: q2 etiā de veniali dubitatur
Scḋo rōne obedientie. Angelus eſt
deo obediens. Baruch. iij. Stelle. i.
angeli vocate ſunt ꝛ dixerūt. Adſu-
mus. Johānes baptiſta fuit obediēs
q2 miſſus fuit ad lymbū patrū nunci
are xp̄m veniſſe. Tertio ratione ſolli
citudinis. Angelus eſt de nobis ſolli
citus: ita iohānes baptiſta de nr̄a ſa
lute. Mat. iij. Penitētiā agite appro
pinquabit enī regnum celorum. Re-
gnum celoꝝ non fuit nunciatū in to-
to veteri teſtamēto: niſi qñ iohannes
baptiſta nunciauit. O glorioſe deus
q̄ dignatus es magnificare talē virū
O felix iohānes de quo tanta vere di
ci poſſunt O zacharia pater tanti fi-
lij de quo tot mira in eo cōpleta con-
ſpexiſti. O ſenex plurimū venerāde:
cuius proles ex te genita a deo ele-
cta eſt. Et quis explicet iocunditatē
et leticiam cordis tui. Quis enarret
cōſolationē aie tue? Non mirū ſi cāti
cū i q̄ laudaſti deū ꝛ b̄ndixiſti cecinīſti
¶ Tertium dicitur ꝛc. Que ſunt illa
que iohannem baptiſtam deo tā gra
tum fecerunt? Reſpondeo q̄ tria ſm
doc. p̄cipue. Alb. ſup Lu. ꝛ Maximū
¶ Primo eius grata virginitas.
Secundo eius grata humilitas.
Tertio eius grata charitas.
¶ Primo ꝛc. Cum enī xp̄s ſit cādor
lucis eterne: ꝛ ſpeculū ſine macula
diligit virginalē puritatē. q2 hec fa-
cit creaturā ſilem angelis. Ambro.
li. de virginibus. Supgredit virgini
tas conditionem humane nature per
quam homines angelis aſſimilant
Maior tamen eſt victoria virginum
quā angeloꝝ. Angeli ſine carne vi-
uunt: virgines vero in carne trium-
phant. Ille. Figura apoca. xiiij. Qḋ
Johannes videns turbas de nullo
mentionem egit niſi de iſta. hi ſunt q̄
cū mulieribus non ſunt coinquinati
v̄gines enī ſunt et ſequūtur agnum.
¶ Scḋo eius grata humilitas. In-
fallibilis a xp̄o eſt data regula. Luce
xviij. Qui ſe humiliat exaltabitur.
hec eſt ſumme neceſſaria qui vult ex
altari in gloria: q2 lucifer ſe poſuit in
primo loco dedit locū xp̄o q̄ ſe humi-

liamt. Diues: quia in purpureo thro no ſedit: dedit locuz lazaro ſedenti in ſterquilinio. Moyſes cuz eſſet annoꝝ xxxiij. cū eligeretur a populo hebreorum in ducatu ſe excuſabat eſſe impeditioris lingue. Sic hieronymus. ſic Marcus: ſic Ambroſius: ſic Franciſcus. O humilitas iohannis baptiſte Cum eſſet in populo tante opinionis vt meſſias crederetur? Reſpondit di. Ego vox clamantis in deſerto. Unde ciues mei. Triplex de eo fuit opinio Quidam videntes eius vitam arduā eſtimabant ipm eſſe xpm qui eo tempore venit. Aliqui ipm eſſe helyam in lege promiſſum propter ſermonez zeli iuſticie: quia ſicut helyas non timuit reprehendere Achab: ⁊ Jeſabel de homicidio contra naboth. iij. Reg. xxi. Ita iohannes baptiſta non timuit reprehendere herodez de peccato carnis. Math. vi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Aliqui opinabantur ipſum eſſe heliſeum qꝛ ſciebant per ſcripturas ꝙ helyas eo tempore habitauerat in deſerto ⁊ ſpm̄ prophetandi et faciendi miracula habebat. Unde ex hoc miſerūt nuncios iohanni baptiſte. iohan. i. Tu qui es Qui expectantes reſponſum ꝙ eſſet aut chriſtus aut helyas: aut heliſeꝰ ipſe humiliter reſpondit. Ego vox clamantis in deſerto: et non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamenti eius. Uide quante fuit humilitatis.

¶ Tertio eius grata charitas: quia feruenter dilexit: ideo meruit diligi. Prouerbioꝝ. viij. Ego diligentes me diligo. Pro deo animam et vitam poſuit io. xvi. Maiorem charitatem nemo habet vt animam ſuā ponat quis pro amicis ſuis. Fuit occiſus illo anno quo chriſtus mortuus eſt. Et vt dicitur. xxx. annis in deſerto fuit quibus hominibus fuit ignotus. Cum autem herodes interficeret pueros qꝛ zacharias noluit prodere filium occiſus eſt. Cuius ſanguinem ſacerdotes in templo ponentes quando aliquis de familia vel parentela herodis acceſſiſſet. non ceſſabat ebullire. Erit ergo magnus ⁊c.

¶ In feſto beatoꝝ apoſtoloꝝ Petri et Pauli.

Tu es petrus et ſuper hanc petram edificabo eccleſiā meā Mat. xvi. Diuina iuſticia illius ſupremi et alti imperatoris dei Nullā rem intendit pretermittere: que aiābus iuſtis et ſanctis habeat procurare. honorem: laudem: et preconiuz in illa felici: patria paradiſi hec ſententia eſt phi in. ij. Metha. Et auctoris in lib. de cauſis. Quāto magis aliqd appropinquat ſuo principio in quolibet gn̄e tanto magis pticipat effectū illius pncipij ſui gn̄is. Exempli grā De approximatione ignis ⁊ ſol' ⁊c. Uñ Dio. in. iij. cele. hierar. Qd angeli q ſunt deo propinquiores magis pticipant de bonitatibus diuinis ꝙ inferiores. Approximare autem deo nō fit paſſibus corporis: ſed virtutibus Uñ Bern̄. ſuper illud. Gen̄. xvij. Ego dominus omnipotens ambula coraz me: ⁊ eſto pfectus. Ambulabatur ante corā deo: nō corporis greſſu: ſz mentis affectu. Ille. Et ꝙto quiſꝙ fuerit magnꝰ in virtute ſctitatis in pn̄ti tāto maior erit in glia. Uñ Lactan. in li. de opifi. dei ⁊ hois ad Demetrianū. Noluit em̄ deus hoiem ad illam immortalem beatitudinē delicato itinere puenire. Daturus igitur virtutē dedit hoīe priꝰ q aiās hoim cupiditates ⁊ vitia immiteret: q eēt auctor erroꝝ maloꝝꝙ oim machinator: vt qm̄ deꝰ hoiem ad vitā vocat: ille contra vt rapiat ⁊ traducat ad mortem. Magna ē vis hois: magna rō magnū sacrm̄. A q ſi qs nō defecerit: nec fidē ſuā: deuotionēꝙ perdiderit: hic beatus: hic deniꝙ vt breuiter finiam ſimilis deo ſit neceſſe eſt. Ille. Beatiſſimus apoſtolus Petrus adornatus virtutibus: ob hoc a deo magno

tantum eſt ſublimatus ꝙ ipſi cõmiſerit regimentuz totius reipu. xpiane. Unde verba aſſumpta. Tu es Petrꝰ inquiunt ⁊ ſuper ⁊c. In quibus ⁊bis ad eius laudez: et conſolationem noſtram ſpiritualem: tria miſteria occurunt contemplenda.

¶ Primum dicitur oppoſitionis. Secundum dicit̃ declarationis. Tertium dicitur conſeruationis.

¶ Primum dicitur ⁊c. Queritur curioſe a docto. Utruz petrus apoſtolus ſit omnibus primus ⁊ a xp̃o ſuper ceteros apoſtolos magis dilectus. Ad hoc ſunt plures opi. Prima quorũdam ꝙ ioh. euan. ꝓpter priuilegia ei conceſſa: quia virgo electus: quia ꝓpheta ⁊ pluſꝗ̃ ꝓpheta. qꝛ ille gladiꝰ doloris qui mariam tranſfixit: ille ꝑ prius fecit in corde ioh. euãge. qꝛ mater dei eſt ei cõmendata. Alia opinio ꝙ fuit ioh. ba. qꝛ inter natos mulieruz ⁊c. Qui a xp̃o tantuz cõmendatur. Alia opinio ꝙ eſt Paulus apoſtolus quia in bulla papali a dextris tã ꝗ̃ digniori loco ponit̃. Alia opinio et eſt vltima quod eſt petrus apoſtolus. Cur dicitur Tu es petrus et ſuper ⁊c. Ueniamus ad ſecundum.

¶ Secũduz ꝑncipale ⁊c. ſm oẽs doc. duplex eſt familiaritas. Una eſt que eſt in familiaritatis oſtenſione. Quo ad hanc plus dilexit. ioh. euan. quia ꝑmiſit ipm dormire i ſinu ſuo: qꝫ fuit ſignũ magne amicitie. Alia eſt in cõicatione donoꝝ. quo ad hanc plus dilexit petruz: cui donauit quattuor dona vel quattuor iocalia que nemini communicauit.

¶ Primuz dicit̃ fidei confeſſio. Secunduz dicitur eccl'ie gubernatio. Tertium dicitur peccati commiſſi deploratio. Quartum dicitur miraculorum coruſcatio.

¶ Primuz ⁊c. Sine qua nihil fit per ſententiam apoſtoli. Ad heb. xi. Sine fide impoſſibile eſt ⁊c. que quidez fides non ſolum eſt neceſſaria in interiori mente ſed exteriori per vocẽ. Ad ro. x. corde credit̃ ad iuſticiã: ore aũt ꝯfeſſio fit ad ſalutẽ. ⁊. Tho. xxij. q. iij. cum confeſſio fidei inquit cadat ſub ꝓceptis affirmatiuis que non obligant ad ſemper. ſed ꝓ loco ⁊ tp̃e. Ideo pro loco et tp̃e: obligatur homo ad confeſſionez huius. Hanc cõfeſſionem habuit petrus qꝛ diuinitatem ⁊ humanitatez ſimul cõfeſſus eſt Mat x. Uocauit chriſtus diſcipulos dicẽs Quẽ dicũt homines eſſe filiuz hominis? Alij helyam ꝓpter zelum veritatis Alij Jeremiam ꝓpter patientiã in aduerſis. Alij iohan. ba. propter auſteritatem vite. Uos aũt quem me eſſe dicitis. Quid de me O iacobe. O Johannes O Bartholomee ſentis? Nemo preſumpſit os aperire. Solꝰ Petrus reſpõdens dixit Tu es chriſtus filius dei viui. O paradiſi tuba: o mundi triumphum. Ante chriſti reſurrectionem apoſtoli chriſtum magiſtrum vocabant. io. xiij. Uos vocatis me magiſter ⁊ domine: ſum etem ſed ſolus Petrus diuinitatem confeſſus eſt. Tu es chriſtus filius dei viui O ſapida aurea et celebranda ſententia. Eya celanter audi. Taceant Eutropius Paulus. Oroſius. Plinꝰ Plutarcus. Saluſtius cũ Tito liuio ſileat eloquentia mea Tulij Ciceronis. Plato ſimul et Lactantius comparatione Petri eloquij: qui tali modo intonuit ꝙ in ſtupore poſuit angelicos ſpiritus. Tu es chriſtus filius dei viui. Cui chriſtus. Beatus es ſymon bariona: quia caro ⁊ ſanguis nõ reuelauit tibi. ſꝫ pat̃ meꝰ qui in celis eſt. Et ego dico tibi: quia tu es pe. et ſup hanc petraz edificabo eccleſiam meam. Ad oſtendendum autẽ firmitatem huius eccleſie Sequitur. Porte inferi non preualebunt aduerſus eam. i. omnis poteſtas ſiue infernalis ſiue temporalis. Que quidẽ fides figurata eſt per nauiculam petri. In naui ſunt quinqꝫ. Primo. xxiiij. remi Secundo malus. Tertio guber-

naculum. Quarto vela. Quinto nau=
ta. Moraliter. Nauis eſt fides petri
que hȝ.xxiiij.remiges. Ex vna pte.xij.
pphetas: ex alia parte.xij. apoſtolos
que ſunt ꝯformãtes in ſententijs vetꝰ
et nouum teſtamentum . Secundo li
gnuȝ crucis ſuper quaȝ chriſtus iacet
qui hanc naueȝ rectam tenet . Hiero.
Finis fidei mee chriſtus eſt. Tertio
gubernaculuȝ. i. ſpiritusſanctus qui
ipſã gubernet. Quarto vela. i. marty
res qui ſanguineȝ pro ipſa fuderunt
In prima eccleſia a tpe petri vſqȝ ad
ſanctuȝ ſiluestrũ. xxxij. pape: marty=
rio ſunt coronati. Quinto deus pater
nauta de naue qui eaȝ gubernat : vn
de non põt errare . vñ chriſtus oraui
p petro et ipſa fide. Luc.xxij. Ego o=
rauiꝰ p te petre: vt non deficiat fides
tua. O dignitas petri: que talẽ meru
it interceſſorẽ. Et vt dicit Boñ. in.iij.
diſt.xvij. ar.ij. Chriſtus ieſus ſemper
fuit exauditus in orationibus ſuis.
Unde pȝ pmũ vȝ de petro. ¶ Scđs dr
rc̃. Quia eccleſie cura eſt illi cõmiſſa.
Tu es inquit Petrus ſm Alber. chri
ſtꝰ ſex habuit. inter que habuit eccle
ſiã: quã ipſi petro cõmiſit: non alteri.
Una dieruȝ vocauit ipſum petruȝ. di.
Symon iohannis diligis me . Rñdit
Dñe tu oĩa noſti: tu ſcis qꝛ amo te. Ite
rum ſecũdo. Symon iohannis diligis
me. Tu ſcis inquit qꝛ amo te. Iterum
iij. Simon iohannis diligis me. Pa
ſce oues meas. Paſce verbo et exem
plo. Qđ et fecit: quia p ipſa eccleſia
ſpõſa dño pertulit opprobria. Primũ
fuit deriſionis: qꝛ antiochie fuit decal
uatus vt habent hyſtorie. Ex hac ec
cleſia accepit honorem : quod ſuo pa=
ſtori factum eſt in contumeliam. Ap=
plica ſi placet de preſbyteris : qui co
mas rc̃. Archieps de florentia. pre
ſcidebat oĩes rc̃. Secundum fuit ſuſ
penſionis qꝛ in cruce verſis oculis in
celum crucifixus eſt. Quod facere vo
luit triplici ratione. Prima quia indi
gnum ſe reputabat . Cum tali pena
dominus eius et magiſter eſſet puni

tus. Scđa quia xps paſſus eſt ad mũ
duȝ redimendum: ideo voluit ad mun
duȝ reſpicere. Ipſe aũt patiebatur p
pter acquirendũ celũ. ideo debuit ad
celũ reſpicere. Tertia ratio ad ſigni
ficandum humani generis lapſum.
Chriſtus enim ſemper rectus ſtetit.
⁊ nunqȝ in peccatũ cecidit. homo vero
caput mentis in terrã defixit : et con
tra deũ recalcitrauit Paſce oues me
as inquit In quibus verbis dignitas
eccleſiaſtica patet quomodo precedit
ſecularem. Unde papa vt dicit Tho=
mas lib. de regimine principuȝ: dum
coronat imperatorem pede ſiniſtro
coronat in ſignum ſubiectionis. Cla
ma contra eos qui eccleſiam perſe=
quuntur : qui tandem mala morte vi
tam finierunt. Ideo dauid in pſalmo
dixit. Thronus eius ſicut ſol. ſcilicet
eccleſie. in conſpectu meo. Et ſicut lu
na rc̃. Unde patet ſecundum. ¶ Ter
tius dicitur peccati deploratio. Quã
ta ſit hec ꝓrogatiua oñdit Tho. pma
ſecunde. que. c.x. ar.x. Poſtquam ali
quis eſt in gratia poſitus et per gra
tiam dei iuſtificatus neceſſe hȝ pete
re a deo donum perſeuerantie. vt ſ. cu
ſtodiatur a malo vſqȝ in finem. Nam
multis datur gratia quibꝰ non datur
perſeuerare in gratia. Ille Unde op
timum donum homini conceſſum eſt
vt cognoſcat peccata ſua et illa defle
at in preſenti: ne plangat in inferno
Quod Job.x. oſtendit. Dimitte me vt
plangam paululum dolorem meum.
⁊ Mat. v.c. Beati qui lugent qm̃ rc̃.
Aſculanus. Nil pſunt lachryme ſine
aĩe conſenſu oculoꝝ triſticie dolor in
terius correſpondeat . Juſte enim ta
les lachryme ſunt ſatiſfactorie. Unde
petrus peccauit ſuper oĩes habuit
donuȝ vt fleret. Math.xxvi. Et recor
datus eſt petrus verbi ieſu qđ dixerat
Priuſqȝ gallus cantet rc̃. et egreſſus
foras fleuit amare . Canta in cantu
paſſionis. ſm Albertum fleuit tres
lachrymas. Primo amoris. Qui mo=
ri ſecum voluit. Lu.xxij. Paratus ſuȝ

tecum in carcerem: ⁊ in mortem ire.
Secũda doloris lachrimas. Quia in
quit euãgeliſta. Fleuit amare Tertio
lachrymas cõſolationis. Cũ audiuit
in camera a magdalena xp̃m eſſe re=
ſuſcitatum: pre gaudio lachrymas nõ
cõtinebat. Unde clemẽs de Petro di
cit ꝙ ſudarium portabat in ſinu ex cõ
ſuetudine vt ſepiſſime oculos terge=
ret: ſic erat pronus ad lachrymas eiꝰ
ꝙ facies erat aduſta. Et tu cuꝫ petro
õia cara plãge. ſi vis remiſſionem pec
catoruꝫ. Quartũ iocale dr̃ ⁊c̃. quia mi
raclis claruit ſꝫ. Tho. ij. ij. q. clxxviij
Deus miracula fecit: triplici de cã.
Inter quas vna eſt ꝓpter ſanctitatis
alicuius demonſtrationẽ quem ꝑ me
rito vite vult alijs ꝓponere in exem=
plũ ſue ꝟtutis. Miracula geſſit Tria
millia hoim̃ conuertit in die penthe
coſtes ſua p̃dicatione. Eneã paralyti
cũ curauit. Corneliũ baptizauit. Ta
bitã ſuſcitauit di. vxorẽ ꝓpriã aiauit
ad martyriuꝫ Memento mei coniunx
mea vmbra ſui corporis infirmos ſa
nauit. Uñ chriſto aſſimilatur. xp̃s la
tronẽ ſua vmbra conuertit: et petrus
vmbra ſua infirmos ſanabat. Unde
patet ſecundum.

¶ Tertium principale dicit̃ ⁊c̃. hy=
ſtoria diei dicit̃ hic. Dũ in hierl̃m eẽt
q̃dam magus noie Simon: qui ſuis
artibus magicis oſtendebat populis
magna facere. Petrus aũt hoc audi=
ens. hieruſalem ingreſſus ipſum con
fudit. Qđ videns magus iratus ter
ribiliter omnes libros ſuos in mare
proiecit atq̃ romam adijt: ibiq̃ Ne
ronem imperatorem in amicitiaꝫ co
pulauit. Petrus autem hieruſaleꝫ de
ſerens magum vſq̃ romam inſequi=
tur. In nocte ſequenti a chriſto viſita
tur vt non timeat. q2 ſocium illi dabit
in predicationis officio. Die ſequenti
paulus aduenit. Simon aũt magus
gloriabatur in populo ꝙ etiam mor=
tuos ſuſcitaret. Iuuenis aũt quidam
mortuus offert. Hic quomodo ſuper
hoc confuſus eſt ⁊c̃. Alia die gloriaba
tur ſe poſſe volare in celum. Unde iu
aera arte magica deportatus eſt. Si
mon autem petrus precepit demo=
nibus vt ipſuꝫ in nomine chriſti dimit
terent. Qui dimittentes fractis cer
uicibus expirauit. Ex morte autem
Simonis Petrus in carcere ponitur.
In nocte autem conuertit milites cu=
ſtodes. Et ductus p̃cibus fratrum fu
git. In porta autẽ que dicitur ſancta
maria ad paſſus. Chriſto illi occurrẽ
ti dixit petrus. Domine quo vadis?
vado inquit romam iterum crucifigi
Intelligens autem de morte ſua hoc
eſſe dictum: reuerſus eſt iterum in
carcerem. A militibus autem cap=
tus ipſe cum paulo ſimul ſunt morti
ſententiati. Paulus quia ciuis roma
nus erat capite punitus eſt. Petrus
vero quia forenſis cruce ſuſpenditur
prout chriſtus dixerat ei. Johan. vlt.
Sequere me vt ſic verificetur verbuꝫ
illud. Sap. xviij. Simili pena ſeruus
cum domino afflictus eſt. Poteris au
tem videre quomodo petrus et pau=
lus hodie abinuicem ſe ſepararunt
vnus ab altero: volentes pergere ad
martyriuꝫ. Que ſeparatio non amo
ris ſed perſone fuit. Eccleſia Glorioſi
p̃ncipes terre. quomodo dilexerunt
ſe in vita ⁊c̃. In quibus verbis meri=
to inſurgit dubium in mente tua: vt
video. Quis apoſtolorum Petri ⁊ pau
li ſit maior. Reſpondeo ꝙ tripliciter
loqui poſſumus. Aut quo ad conditio
nem apoſtolicam: aut quo ad prelati
onem eccleſiaſticam: aut quo ad pre
dicationeꝫ euangelicaꝫ Si primo mo
do: ſic ſunt equales: ſicut vnus ita ali
us eſt apoſtolus chriſti: quamuis pri
mo ſit petrus electus in apoſtolum
Unde deus tantũ dedit vni quantum
alteri. Quo ad p̃dicationem vero pe=
trus eſt maior q̃ꝫ paulus: quia papa
eſt maior q̃ꝫ legatus. Petrus fuit vni
uerſalis chriſti vicarius. Cui dixit
chriſtus. Tu es petrus. tu es ſymon
tu vocaberis cephas: quod grece dici
tur maior ⁊ primus: quia ſcilicet fuit

papa. Tertio modo paulus fuit ex-
cellentior petro in ardenti predica-
tione et aliis apoſtolis. Ideo per ex-
cellentiam ipſius dicitur ad Gal.i.
Notum vobis facio euangelium. qđ
ſ. excellentius ad ipm pertinet Inſu-
per qꝛ a xpo vocatus ore ꝓprio. Sed
quo ad meritū in celo ſunt pares: vt
habet plene Greg. in. i. li dia. ad Pe-
trum. Meritum vtriuſqꝫ inquit diſ-
par non eſt in celo.

¶ In feſto beatiſſimi Dominici, pa-
tris noſtri.

MAgnus voca-
bitur: in regno celorū
Mathe. v. cap. Ab elo-
quentie flumine: et aureo pelago:
marci Tulij Ciceronis nullam maio-
rem victoriam et ſingularem trium-
phum eſſe diffiniebat excepto homi-
ne preoccupato circa curas: et bona
temporalia huius noſtre ignobilis.
vilis et caduce vite mortalis in tali
modo diſponeret omnes ſuas huma-
nas operationes: vt per ſua bene me-
rita reportaret immarceſſibilem et
incontaminatam coronam in regno
beatorum. Unde Lactan in. i ca. ix.
Hercules qui virtutum preclariſſi-
mus quaſi affricanus inter deos ha-
betur: nonne orbem terre quem pera-
graſſe et purgaſſe narratur ſtupris:
libidinibꝰ: adulterijs iquinauit. Nec
mirum. quum eſſet adulterio genitꝰ
Alcmene. Quid tandem potuit in eo
eſſe diuini: qui ſuis ipſe vicijs manci-
patus et mares et feminas cōtra om-
nes leges: infamia: dedecore: flagi-
tio affecit. Sed ne illa quidam que
magna et mirabilia geſſit talia iudi-
canda ſunt: vt virtutibus diuinis tri-
buenda videant: quid enim tam ma-
gnificum ſi leonem aprumqꝫ ſupera-
uit. ſi aues ſagittis deiecit ſi regium
ſtabulum egeſſit: ſi virginē vicit. cin-
gulumqꝫ detraxit. ſi equos feroces cū
dn̄o interemit. Oia ſunt iſta fortis vi-
ri: hominis tn̄. Illa em̄ que vicit fra-
gilia et mortalia fuerunt. Nulla eſt
enim qđ ait orator tanta vis que non
ferro aut viribus debilitari frangiqꝫ
poſſit. At aim vincere. iracundiam
cohibere fortiſſimi eſt. que ille nec fe-
cit vnqꝫ. nec potuit. Hec qui faciat
non modo eum ſummis viris compa-
ro: ſed ſimillimum deo iudico. Ille.
¶ Vulgariza ſic Sereniſſime impe-
rator cōſtantie inquit Lact. inter oēs
celebres et admirandas pugnarū ꝛ
bellorū victorias quas poſſit habere
homo in pn̄ti militia: excellentiſſima
poteſt vocari victoria ſumnet: et ꝙ mlᵗ
ti principies et milites mundi ſuppo-
ſuerunt eorū imperio et dn̄io mltas
nationes et populos. Nō ſubdiderūt
tn̄ praua deſideria ſua imperio rōis
eſſendo dediti vitijs ꝛ peccatis. Her-
cules immaniſſimus et vitioſus prin-
ceps apud grecos: per ſuam ingentē
et grandem magnanimitatem a po-
pulis infra deos fuit connumeratus
Hic eſt qui dum eſſet paruulus in cu-
na ſtrangulauit duos ſerpētes. occi-
dit leonem: vicit ydram. porcū eryman-
thium vicit Acheloum Antheū Bu-
ſyridem Diomedem regem Thracie
fecit comedere: equos ſuos: occidit
Centaurum: ſuſtinuit celum deſcen-
dit ad regnum ſtigium. ꝛ vi traxit cer-
berum: ꝛ multas alias experientias
ſupra numerū. xxx. fecit. Alios vicit
ſe autē non: cum eſſet deditus obſe-
ne libidini et carni. At aim vincere
dicit Lact. ꝛc. Un̄ Senec. Nulla eſt
maior victoria: ꝙ ſeipſum vincere ſm
Egidiū triplici de cā q̄s dictus ē ma-
gnus ¶ Quidam a pugna. Dn̄icus
vicit hoſtes: vicit ſe ꝛc. ¶ Secūda a
ſcia Dn̄icus dicitur doctor. Eccleſia
O lumen eccleſie ꝛc. ¶ Tertia a ſan-
ctitate Dn̄icus ſanctꝰ: i vtero matris
ſanctificatus. Magiſter Regnaldꝰ
dicit de eo. Hic eſt in quo Adam non
peccauit. Et merito dictus eſt Domi-
nicus. quia vt dicitur. iiij. Meth. Et
inſtit. de donationibus. §. eſt et aliud

et.xij.q.i.c.clericus Et extra de p̄bē.
c.Cū ſcōm. Nomina imponunt.ſm
ꝓprietates rerū Dicit. Dn̄icus qua
ſi totus dn̄i Uel dn̄icus quaſi cuſtos
dn̄i. Uel dn̄icus quaſi a dn̄o cuſtodi-
tus. Jō merito iure de eo dr̄ Magnꝰ
vocabitur ⁊c̄. Jn preſenti ſermōe in-
tendo p̄dicare de. vij. prerogatiuis q̄
bus pijſſimꝰ deus decorauit beatum
Dn̄icū. ⁊ quia vt hn̄t theologi. vij. ſūt
virtutes quibꝰ anima tanq̄ p gradꝰ
vniꝰ ſcale celū aſcendit per quos bea
tus dn̄icus ⁊ ipſe aſcēdit prout eccle
ſia canit. Scala celo prominens ⁊c̄.
Jdeo dicamus. Magnꝰ vocabit̄ ⁊c̄.

¶ Primo in virtute charitatis.
Secundo in virtute fidei
Tertio in virtute ſpei.
Quarto in virtute iuſticie.
Quinto in virtute temperantie.
Sexto in virtute fortitudinis.
Septimo in virtute prudentie.

¶ Primo prerogatiua dr̄ ⁊c̄. Pro de
claratione notanda eſt ſententia Au
guſtini in ſermone de quinq̄ panibꝰ
Et ponit̄ de conſe. diſtin. i. capi. Qui
vult. §. Si quis habuerit charitatem
tantam vt paratꝰ ſit pro fratribꝰ mo-
ri ꝑfecta ē in eo charitas. Jlle ſuper
quo Tho. xxij. q. xxiij. ar. i. ⁊ phūs.
viij. Ethi. c. iiij. ⁊ Cicero de amicitia
ꝙ tres ſunt ſpēs amicoꝝ Quidā pro
bono vtili q̄ durant ſolū tp̄e ꝓſperi-
tatis. De quibus Eccl̄. vi. Eſt amicꝰ
ſm tp̄s: Jdē Eſt amicꝰ ⁊ ſocius mēſe
De qbꝰ Ouidiꝰ li. Triſtiū Dū fueris
felix: mltos numerabis amicos. Tē
pora ſi fuerint nubila ſolus eris. Et
Aſculanꝰ. li. ij. c. ix. O quot amicos:
o quot coniunctos nobis adherēt in
felici ſtatu: ꝯtrarijs non ſtantibꝰ ven
tis. Amor taliū fructu tm̄ durāte ꝑ-
manet. Et Ambro Facilis vox ⁊ com
munis tuꝰ ſuꝫ totꝰ: ſed paucos effectꝰ
Talis nō eſt bona amicitia: qꝛ vt hꝫ
phūs. ix Ethicoꝝ Amici exiſtētes ꝓ-
pter bonum vtile ⁊ delectabile. His
ceſſantibus ceſſat amicitia. Hoc amo
re multi deum diligunt: dum habēt
temporalia ab eo. Que dilectio mer-
cennaria dici poteſt. De tali delectio
ne dicit. Sene. deridendo eam. Mel
muſce ſequunt̄: formice frumētū: ca-
dauera lupi. ¶ Secundo quidā ſunt
amici pro bono delectabili ⁊ inhone
ſto vt luxurioſi ⁊ carnales: tali amo-
re adamauit dauid Berſabee Tarqui
nius. Lucretiam Paris Helenam Ja
ſon. Medeam. Romulus. Florā. Her
cules Dyaniram. Et M. Anthonius
Cleophatrā. O pater eſt bonus iuue
nis dicit mulier Nunq̄ aliquod ma-
lum vidi in eo. Bene videmus qn̄ vir
ga turgeſcet. Jdeo Tul. de amicitia.
Hoc vnū ſentio: niſi in bonis amici-
tiam eſſe non poſſe. ¶ Tertio qui-
dam ſunt amici ꝓ bono honeſto: ⁊ iſte
eſt verus amor q̄ fundat̄ in virtute.
De quo phūs. v. Ethi. Perfecta ami-
citia eſt que eſt ꝓpter virtutem. Et
Eccleſia. xxv. Beatus q̄ inuenit ami-
cum fidum: qꝛ amico fideli nulla eſt
comparatio Conditio huius amoris
eſt ꝙ non ſolum ꝓ amico tp̄ali: ponat
temporalia. Juxta illud Eccleſiaſtici
xxix. Propter amicū perde pecuniā
Sed etiam ponat vitam corpoream.
quia nihil charius. ioh. xv. Maiorem
charitatem nemo habet ⁊c̄. Qꝛ iob. i.
Pellem pro pelle ⁊ cuncta que habet
homo. dabit pro aīa ſua. Jn qua ami-
citia fuerunt illi duo Romani Amon
et Phithius De quibꝰ Cicero lib. de
amicitia dicit. Qui adeo ſe amarunt
vt vnus pro altero mortem vellet ſub
ire. Qui ergo habuerit tantam cha
ritatem ⁊c̄. Hac charitate fuit deco-
ratus Patriarcha Dominicus q̄ pa-
ratus fuit pro fratribꝰ mori: ſicut ca-
nit eccleſia Sitiebat ſeruꝰ xp̄i mar-
tyrium ſicut ſitit ceruus ad aque flu-
mum. Legitur de eo ꝙ multo tempo
re barbam nutriuit: et alium loco ſui
fratribus prefecerat intendēs ire
predicare ſaracenis. ⁊ infidelibus ꝓ
fide. Sed diuina ꝓuidentia aliter di
ſpoſuit: vnde ipe remanſit. Preterea
quedam vidua duꝫ lamentaret̄ apud

patrem ſanctum de filio vnico capto
a ſaracenis et poſtularent ab eo ſubſi-
dium. Argentuz inquit et auruz non
eſt mihi. ſed ecce offero me pro redem-
ptione filij tui. O charitas immenſa
voluit ſeruare illud. i. Johan. iij. Non
diligamus verbo: neq̃ȝ lingua: ſed ⁊c̃.
Unde precibus ſancti: filius fuit li-
bertati datus. Preterea. Cum eſſet
iuuenis et ſtuderet. Palentie in arti-
bus liberalibus: ⁊ cerneret in vrbe eſ-
ſe grandem penuriam: motus pieta-
te pauperum vendidit omnes libros
et ſupellectilem et dedit pauperibus
Unde poterat dicere illud Job. xxxi.
Ab infantia creuit mecum miſera-
tio et de vtero egreſſa eſt mecuz. Hac
charitate victus ⁊ munitus omni die
dabat ſibi tres diſciplias duras. Unā
ꝓ ſe. Aliaz ꝓ peccatoribus. Tertiaz
ꝓ aīabus purgatorij. Pro hac chari-
tate diſcurrebat ꝑ villas ⁊ caſtella p̄di-
cans verbū dei. Et duz appropinqua-
ret terre plorabat pctā que ibi fiebāt
Sequens exempluz illud Lu. xix. Ui-
dens ieſus ciuitatez fleuit ſup illam.
Preterea de nouitio q̃ a conuentu re-
ceſſit quō cuz lachrymis impetrauit
eū a virgine. Cū ſemel eſſet rome ⁊ p̄-
dicaret coraz innocentio et cetu Car-
dinalium miranda et inaudita papa
in ſtuporem verſus interrogauit vbi
iſta didicerat. Ille Beatiſſime pater
in libro paruo charitatis. Magnus
ergo etc̃.

Secunda prerogatiua qua fuit
Magnus dicit̃ Fidei. ſm Tho. xxij. q.
clxxviij. ar. i. Uirtuti fidei attribuit̃
operatio miraculoꝝ iuxta illud Lu.
xvij. Si habueritis fidez ſicut granū
ſynapis dicetis huic arbori eradica-
re et obediet vobis. Ad ꝓpoſitū. Hāc
habuit qua inuſitata miracula fecit
Cum eſſet peruſij. lx. peregrinos ob-
ruptos in illo lacu ſuſcitauit. Preter-
ea miracula fecit in pane. in vino: in
aqua. Primo in pane quia Bononie
xvi. fratres ſatiauit in menſa de pa-
ne multiplicato in manibus ſuis. Et
rome in ſancto ſixto. xxiiij. fratres ſa-
tiauit de pane aſportato manu ange-
lorum. Preterea veniens in italiam
cum fratre Johanne conuerſo inter
alpes lombardie cepit ſocius defice-
re fame: adeo q̄ ire non poterat. O pa-
ter fame deficio. Cui ille ſpiritu pro-
phetico plenus. Uade ait ad talez lo-
cum et quicquid inueneris tolle. Qui
iens inuenit optimum panez inuolu-
tuz mappa alba portatū a celo p̄cibus
ſancti qui ſatiatus aliam ꝑtem ibi re-
liquit. Preterea de vino rome in ſācto
ſixto. Dum canepariꝰ quereret pu-
blice in menſa. Pater non eſt de vino
in vegete. Cito reſpōdit. Cito vadas
ad vas illud: ⁊ dic ei hec verba. Dñicꝰ
ieſu xp̄i ſeruꝰ cōminatoriū vino. Dic
bis litterali ſermone. Statim tale vi-
num exijt de vegete q̄ nunq̃ȝ fratres
tale vinum biberant illiꝰ bonitatis.
Preterea in aqua fecit miraculum.
Cremone in conuentu ſancti franci-
ſci. Dum eſſet ibi aqua turbida et a-
mara qua fratres infirmabantur: co-
ram franciſco fuſis p̄cibꝰ aquā illaz
clarificauit et dulcorauit: qua aq̄ ſa-
nantur infirmi vſq̃ȝ hodie.

Tertia ꝓrogatiua ⁊c̃. Habuit eñ
maximam ſpem in deo ſuo vltra q̃ȝ di-
ci poteſt: quod oſtendit̃ multis exem-
plis. ſed omiſſis alijs vnico exemplo
oſtenditur. Cuz quidaz prior ciſterci-
enſis mutuo loqueretur cū eo: interlo-
quendum protulit ſanctus pater no-
ſter illud verbuz mirabile. Quod om-
nia q̃ a deo petebat: ad libitum impe-
trabat. Cui prior. Si ſic eſt impetra
conuerſionez magiſtri Conradi Teu-
tonici viri docti: quem fratres valde
affectant. Rem inquit difficilem fla-
gitaſti. Unde per totam noctez oratio-
ni inſiſtens. In mane duz cantaretur.
Jam lucis orto ſidere affuit ille do-
ctor cum magna comitiua: in medio
chori ſe proſternens. Uiaz inquit pe-
to o pater vnde cum pluribus diſci-
pulis habitum ſuſcepit. Quo facto t
ita vox inſonuit omnibus Bononien

ſtibus:ꝙ plures relictis bonis pater nis ad ipſum confluebant. Seruus autem non ingratus. vt apis argumentoſa cepit legere publice in ſancto Petro quattuor libros. Primo ſuper Mat: et ipſum poſtillauit. Super epiſtolas canonicas ſuper ps.⁊ ſuper Apo. Audiens autem Innocentius papa famam huius viri: illo accerſito fecit magiſtrum ſacri palatij cum omnibus pertinentijs ⁊ gratijs. O dignitas ſingulariter ordini conceſſa. Quo facto ad pedes pontificis et cardinaliuȝ legit publice epiſtolas pauli et eas commentatus eſt. In quo tēpore duȝ maxima hereſis pullularet in partibus Toloſanis miſit ipm̄ cuȝ xij.abbatibus ciſtercienſibus:⁊ pluribus fratribus ipſe Innocentius pro exequendis negocijs. fidei. In quo tēpore Dominicus cepit ordinem ſuuȝ anno. M.c.xcij. Sed confirmatio adhuc non erat cum effectu: que fuit anno. M.cc.xxv. Dum eſſet ibi ſumm⁹ pontifex ordinans quedam in partibus Toloſanis agenda ⁊ deliberans ſcribere ſuper his.b. Dominico vidit in viſione eccleſiam minantem ruinam magnam.⁊.b. Dominicum humeris eam ſuſtentantem. Accerſito igitur notario dixit ei. Scribe ſic fratri dominico et cum eo predicātibus in partib⁹ tholoſanis. Deinde dixit. ſcribe ſic. fratri dominico et ſocijs cū eo predicantibus. Tertio dixit. Non non: ſed ſcribe ſic. Magiſtro dominico et fratrib⁹ p̄dicatoribus. Sic enim iubet dominus. Unde qđ a papa innocentio petierat: eo defuncto a ſucceſſore ſuo honorio impetrauit confirmationem ſciłȝ ſui ordinis qui diceretur fratrum predicatoꝝ. Qui ordo dicit primus inter mēdicantes: vt expreſſe habet in glo. in.c. Qꝛ ex eo.li.vi.et in.c. Quorundam. De electione.li. vi.et in c. Cum ex eo. De exceſſibus prelatoꝝ:et de priuilegijs.c. In hijs ⁊ in clemen. Dudum. De ſepulturis Magna ⁊c.

¶ Quarta p̄rogatiua.⁊c̄.in. vij.pol. Sine quattuor virtutibus non dicitur quis beatus. B.dominicus habuit primam prerogatiuam iuſticie que eſt reddere vnicuiqȝ qđ ſuū eſt: vt pȝ inſti.đ.iuſt.⁊ iu.ł.iuſticia.⁊.ff.eo.ł.iuſticia.⁊.xij.q.ij.cap. Cū deuotiſſimā. Summum in rebus bonum eſt iuſticiam colere: et ſua vnicuiqȝ iura ſeruare. Que clamat vnicuiqȝ reddere quod ſuum eſt. Cum habeat in ſe tria officia.

¶ Primū malis reddit ſupplicia.

¶ Scđm indigentibus p̄ſtat ſubſidia

¶ Tertiū ſibiȷ̈pſi parat remedia.

¶ Primum ⁊c̄. Aug.iiij.đ ciui.c.iiij. Remota denıqȝ iuſticia: quid aliud ſunt regna niſi aperta latrocinia. O quot mala fiunt.ff.ad.ł.aquiliam.ł. Ita vulneratus. Delicta non debent remanere impunita. Qꝛ. C.de penis ł.Si quis. Impunitas delicti inuitat hoīes ad malignandū.⁊ di.ł.capi.Si quis. Que eſt iſta iuſticie inimica bonitas palpare: crimınoſos ⁊ vulnera eoꝝ incurata ſeruare. Clamat contra dn̄os tēporales. Punire malos bonū eſt. Un̄ Sen̄.ad Luc. Bonis nocet: ꝙ malis parcit. Hōc habuit Dn̄ic⁹. Qđ patet exemplo illius cōuerſi ꝙ recepit a muliere quēdaȝ pannū lineum ſine ſui licentia: queȝ grauiter diſciplinauit. Rogat⁹ a fr̄ib⁹ vt deſiſteret. Rn̄dit. Uult deus delicta puniri. Scđm bonum eſt ⁊c̄. Aug. Perfectio chriſtiane religionis: in pietate conſiſtit. De qua Ouidi.lib.de ponto. Regia crede michi res eſt ſuccurrere lapſis. Plato in timeo. Bonos viros: commodos eſſe decet. et Iuuenalis Satyra viij. Miſerere inopum. Beatus Dominicus fuit multum pius erga pauperes: qui voluit fieri elemoſynas ad portas. Patet exemplo illius in conuentu ſancte Sapine: cui dedit cappam. Tertio ſibijpſi ⁊c̄. Quod maxime fit per orationem. Uita huius patris fuit in oratione: quia reperit plures modos orandi. Nam aliquan

do orabat inclinatus: vbi referebat
xp̄z de celo ad terrā deſcēdiſſe in vte
rum virginis. Aliq̄n in terra proſtra
tus: repreſentabat orōnez quam xp̄s
fecit ad colūnaz. Aliq̄n manus tene-
bat in cruce: repreſentās orōnem xp̄i
pendentis in cruce. Aliq̄n manibꝰ le
uatis in aere: repreſentabat ꝙ xp̄us
eleuatis manibus ferebat in celum.
Vn̄ in legenda dr̄ de eo. Clauſtruz ⁊
altaria lachrymis conſecrabat.
¶ Quinta p̄rogatiua. ⁊c̄. Que nichil
aliud ē ſm̄ Alber. li. v. Compendij. c.
xxxv. niſi q̄dam virtus q̄ moderat om
nes paſſiones freno rōnis. De qua
ap̄lus. Ephe. v. Modeſtia veſtra no.
⁊c̄. Dn̄icus fuit ad modū tēpatus in
oībus modis vero clauſtrali plurimū
neceſſarijs ſm̄ Bern̄. in ſermone ad
monachos. Uerus religioſus debet
eſſe temperatꝰ quo ad quinq̄. In qui
bus fuit plene btūs dn̄icus. ¶ Primo
quo ad potū. Qr. Eccl̄. xxxi. Nullum
eſt ibi ſecretū: vbi regnat ebrietas a
ap̄ls Eph. v. Nolite inebriari vino in
quo eſt luxuria. Quo ad hoc dn̄icꝰ fu
it parcus: q2 per. x. annos ſtetit ſine
vino. Coactus tandē ab ep̄o. Oxomē
ſi: vt biberet. ita temperatum ſume-
bat ꝙ ſaporem non habebat. ¶ Se
cundo quo ad cibuz. ꝓuer. xxix. Qui
delicate nutrit ſeruū ſuuz: poſtea ſen
tiet eū contumacē. Non credo homi
nē bene paſtū eſſe ſaltem ſine malis
cogitationibus. Quia dicit Bergo-
mēſis. A buca clibanꝰ caleſit Domi
nicus fuit temperatus. Naz dicit de
eo: ꝙ in Tholoſa in quadrageſima ie
iunauit in pane ⁊ aqua. In ſequenti.
xl. in Carcaſſona fecit ſil'r De quo te
ſtimo dicit Hiero. Panis ⁊ aque ieiu
niū inter cetera xp̄iani ieiunia: ama
riſſimum eſſe ſcias. Preterea carnes
non comedit. A quibus ſe abſtinent.
xliij. religiones antique ⁊. xxiiij. phi.
Vn̄ Xenocrates tria precepta dedit
diſcipulis ſuis. Uenerandos deos:
honorandos parētes. Carnibus non
vtendum. Ideo Grego. in moral'. Ubi
carnes comedunt modica pn̄ia eſt. ⁊
phus. i. Polli. Bonuz eſt corpus regi
ab anima. ¶ Tercio: temperatꝰ quā
tum ad indumenta. Cuz ſit mortuus
mundo. Ideo Augu. in Regula. Non
ſit notabilis habitus veſter. Contra
pompoſos religioſos. Unde Hieron̄.
Sordide veſtes: munde mentis indi-
cia ſunt. Dominicus fuit temperatꝰ
Quia viliſſimas veſtes ferebat: vt pz
videntꝰ eas in conuentu noſtro Bo-
nonie. Quarto quātū ad dormitionē
Quia omi nocte ſurgebat ad matuti
nas ⁊ ſup ſtramēta dormiebat. ⁊ in ec
cleſia ſup bradelas. ¶ Quinto pcius
quantū ad locutionez. Scōm Alber.
ꝓpter duas cauſas hō debet eſſe taci
turnus. Primo: q2 lingua eſt occaſio
mali. Prouerb. x. In multiloquio non
⁊c̄. Xenocrates phs: cū inter multos
taceret: interrogatꝰ quare hoc face-
ret: Reſpondit: q2 locutuz me eſſe ali
quando penituit: tacuiſſe autē nunq̄3
Scdo q2 ſignum eſt ſtulticie. Eccl̄. x.
Stultus verba multiplicat. Solon
phus: cuz alijs loquentibus taceret.
rogatus vtrum taceret ꝓpter inopi-
am verboꝝ: aut quia ſtultꝰ eſſet. Rn̄-
dit. Nullus ſtultus tacere poteſt. Iō
quantū ad hoc Dominicus fuit par-
cus: quia in arduo ſilētio ſe ſeruauit.
Unde magnus. ⁊c̄.
¶ Sexta p̄rogatiua. ⁊c̄. Scd̄z Alber.
Officium fortitudinis eſt aggredi ar-
dua et aduerſa equanimit ferre. Qd̄
eſt ſumme neceſſariuz ſeruis dei. Cū
perfectio vite xp̄iane ſit ſemper bo-
na agere: ⁊ mala pati. Et i hijs homo
dz ſemper eſſe fortis: vt pz ꝑ iura. l.
Inter ſtipulantē. §. Sacramenta. ff.
de verborū obliga. Aduerſa fortuna
non eſt deſperanduz. Dominicus hāc
habuit. Quia ab hereticis multa paſ
ſus eſt. Sed in omnibꝰ conſtans fuit
Una die cū ꝑtranſiret loca: in quibꝰ
parate erant ſibi inſidie: intrepidus
canere cepit. Salue regina miſe. ⁊c̄.
Preterea. Alia vice dū quādā ſiluam
tranſiret: vbi erant heretici: cū ſocijs

canere cepit. Aue maris ſtella. Pre-
terea. Rogatus quare plus morabar-
tur in Tholoſa ꝙ in carcaſona: vbi e
rat ſic bñ viſus. Reſpondit. Quia ibi
plus perſequebatur. Preterea Tho-
loſe ꝑ edictũ publicum factũ eſt: vt ni
hil cibi ferretur fratribus. Qui ſic
ſteterũt per annũ in quo ſanctus dei
eos moroſe ad patientiam animabat.
¶ Septima ꝓrogatiua. ⁊c. Fuit enim
prudens. De eius prudentia. Eccl'ia
canit in miſſa. Fidelis ſeruus et pru
dens quẽ. ⁊c. Quod ptꝫ Quia poſuit
oĩa media perueniendi ad ꝑadiſuꝫ
in ſuo ordine. Ordinauit ſtudia. De q̃
bus Señ. ad Lu. Scio neminẽ brẽ vi
uere poſſe: ſine ſtudio ſapientie. Ordi
nauit ieiunia. Ordinauit ardua ſilen
tia: ⁊ q̃d vltra. Habitũ a Maria ſuſce
pit. Legitur eñi in Cronica ordinis.
Quod fuit quidaꝫ magiſter Reginal
dus ſcientia et virtute p̄ditus: qui in
iure canonico. v. annis legerat Pari
ſius. Hic romam veniens: cuidaꝫ car-
dinali cor ſuum aperuit ſe velle ꝑ mũ
dum diſcurrere: vana relinquere. et
xp̄m in paupertate p̄dicare: ſed medi
uꝫ ignorabat. Reſpondit ille. Nouus
ordo p̄dicatoꝝ nunc oritur qui ⁊ ſm̃
qđ deſideras: ⁊ officiũ p̄dicationis et
paupertateꝫ voluntariã ꝓfitẽtur. Et
magiſter huius ordinis qui hac vrbe
predicat ordini inſiſtit. Ipſo autem in
uento: voluntatem ſuam ei aperuit: et
ingreſſum ipſius ordinis deliberauit
Sed mox infirmatur: et a medicis ꝓ-
mortuo relinquitur. Ductus autem
per totã noctẽ: orõni ſe dedit. Et per-
ſeuerante in oratione: virgo duabus
puellis ſociata: p̄dicto magiſtro Re-
ginaldi: vigilanti apparuit. Pete in
quit a me quicquid vis: et dabo tibi.
Deliberanti quid peteret: vna ex do-
micellis ſuaſit vt nihil peteret ſed re
gine celi ſe cõmitteret quod et fecit.
Tunc illa habitũ ordinis ei oñdit di.
Ecce hic eſt habit⁹ tu⁹ ⁊ tui ordinis
⁊ ꝯtinuo diſparuit: ſano ip̄o facto. Ma
ne veniens btũs Dñicus ei oĩa que

viderat intimauit ⁊ habitũ quem ibi
virgo reliq̃rat: dedit. b. Dñico. Qui
ſe ⁊ magiſtrum Reginalduꝫ ⁊ ffes ſu
os induit. Nã antea veſtiebantur vt
veſtiuntur canonici regulares cũ ca-
miſia. Qr tunc tp̄is ſub ep̄o viuebant
in cõi canonici regulares: ſicut nunc
religioſi. Que oĩa fuere anno. M. cc.
xvi. Unde nulla religio gl'iari poteſt
habitũ ſuũ ſe habuiſſe a virgine: pre
ter hãc. O cũ q̃ta reuerẽtia dꝫ porta
ri nec vacat myſterio magno. Capa
nigra: ſignificat mortificationeꝫ car
nis. ſ. vt de eis dicatur illud. Coll'. iij.
Mortui eſtis et vita veſtra abſcondi-
ta eſt cuꝫ xp̄o. Tunica alba: puritateꝫ
mentis: quã debent habere predicato
res: ſi videre deuꝫ cupiũt iuxta illud
Mat. v. Beati mundo corde. ⁊c. Sca-
pulare: obedientiã que eſt iuguꝫ chri
ſti. De quo Mat. xi. Tollite iugũ. ⁊c.
zona: caſtitatẽ: qua pollere debẽt Cal
ciamenta: imitationẽ ſanctorum exẽ-
ploruꝫ. Ephe. vi. Calciati pedes in p̄
parationem euangelij. Hec eſt illa re
ligio q̄ in veteri teſtamento figurata.
zacha. vi. vbi ꝓpheta dicit. Ecce q̃tu
or quadrige egrediẽtes de medio du
orum mõtiuꝫ. In quadriga p̄ma equi
rufi. i. minores. In quadriga ſcđa eq̃
nigri. i. heremitani. In quadriga ter
cia eq̃ albi. i. carmelite. In quadriga
quarta equi varij ⁊ fortes: ⁊ q̃rebãt
ire ⁊ diſcurrere per oẽm terram. Ibi
Qđ intelligit̃ de p̄dicatoribus prout
Alexãder papa quart⁹ ꝺclarauit di.
Hi ſunt viri ꝓbati in lege dñi: fratres
ordinis diui Dñici. Efficaces q̃dẽ in
ope atq; potentes in ſmone. Qui vbi
q; ꝑ totuꝫ mũduꝫ ip̄oꝝ ora intonãt ve
lut tube: et in oẽm terraꝫ exiuit ſonus
p̄dicationis eoꝝ. Et vſq; ad fines or-
bis terre ſua ſalutifera verba ſonant
Ille. Et pius papa illuſtri Maume-
to ſcribens de religionibus dicit. Ue
ra ⁊ catholica ẽ lex xp̄iana: q̄ diuinis
eſt magnificata oraculis. Et infra
Dominic⁹ i extremis horis hyſpanie
natus: quaſi veſpere emicuit: qui no-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

num viuendi moduꝫ ſuis auditoribꝰ
tradidit. Et predicatoruꝫ inſtituta re
gula: vniuerſum illuſtrauit orbem.
Ille. Ubi nota ꝙ quattuor ſunt regu=
le religionum. Prima fuit Baſilij ſub
qua militāt monachi orientales: ſeu
greci. Et fratres hermenij: vulgo di=
cti: que regula eſt ſatis dubioſa. Se=
cunda fuit Auguſtini. ſub qua mili=
tant Canonici regulares predicato=
res heremitani. Seruite. Scopetini.
Hieroſolimitani ſancti Johannis. Or=
do ſācte brigide ⁊ plures alij. Tercia
eſt. Benedicti ſub qua militant mul=
ti ordines: vt monachi nigri. De qui
bus. De ſtatu monachorum. c. Ne in
agro. Qui cum eſſent relaxati: refor=
mati ſunt in ſpeciali. Congregatione
que dicitur. s. Juſtine. Militant eti=
am. Ciſtercienſes: quos Bernar. dila
tauit mirabiliter. Sauenadunenſes
inſtituti per beatum Romaldum ordi
nis vallis vmbroſe. Ordo montis oli
uarum. Ordo montis phani. Ordo ce
leſtini omnes ſub regula Benedicti.
Quarta regula eſt Franciſci vt poni
tur in clemen. Exiui de ꝑadiſo de ver
boruꝫ ſignificatione. Sed dicis: o pa
ter: vbi vos habetis regulam ſicut i=
ſti reſpondeo: quia vltra regulaꝫ Au
guſtini: eſt ſecunda regula que dr̄ cō=
ſtitutiones vt ptꝫ hic ꝑ papaꝫ. Et pre
dicatorum inſtituta regula: ſicut car=
tuſień. qui nullā acceptāt regulam ꝑ̄
ter conſtitutiones ſuas: que regula
appellatur. Nec oportet dicere. Iſta
regula non ponitur in iure: ſicut Frā
ciſci ⁊ Benedicti. Cui reſpondeo ꝙꝛ
pylatus ponitur in ſymbolo. et hero=
des in euāgelio: tñ ſunt damnati. Lo
ca ſancta dicit hieronymꝰ: nō faciūt
hominem ſanctum. Bene eſt pater.
Sed hec regula nō ſatis conſtat ſicut
fatilia ſolent. Sed ſuper firmā petrā
Petra permanens nunꝗ̄ habuit he=
reſes. Hic patriarcha ſociū īdiuiduuꝫ
ſanctū Franciſcuꝫ habere voluit in vi
nea dñi ſabaoth: pro corroboratione
eccleſie. Legitur eñ in Cronica ordi
nis: ꝙ āno dñi. M.cc.xi. magna guer
ra fuit inter Senuenſes et Piſanos
per mare. Et tunc vrbs hieruſalem
erat militū. ſ. Jo. Rodij. Qui ex trium
pho ibant induti pannis aureis. Sꝫ
perdito ſepulchro xp̄i: induuntur de
nigro. Tunc tp̄is aſſidiata fuit ab in
fidelibus. Tunc papa Innocētius fe
cit conciliuꝫ generale dictū lateranē
ſe in quo fuere p̄lati numero. M. qn=
genti. Concluſum fuit ꝙ fieret pax
inter Senuen. ⁊ Piſanos. Et fuerunt
miſſi vnꝰ poſt aliū: circa legatos. xxx.
Nec aliquis eoꝝ nunꝗ̄ reuerſus eſt.
nec ꝓpter deū: nec ꝓpter ſepulchrū.
Tandē Innocentius ſe mouit in ꝑſo=
na: vt iret ꝓ pace fienda: ⁊ infirmatꝰ
peruſij mortuus eſt. Cui ſucceſſit pa
pa Honoriꝰ. ⁊ voluit ꝙ vnuſquiſꝗ̄ ve
niret ad dandū ei obedientiā. Et hoc
modo perdita eſt vrbs hieruſaleꝫ. Et
tunc anno dñi. M.cc.xvi. apparuit
xp̄s in aere totus furibundus cuꝫ tri
bus lanceis cōtra tria pctā ſuperbie:
luxurie: auaricie. Uirgo autem maria
genibus flexis ad pedes xp̄i prouolu=
ta. Parce peccatoribus: qꝛ dabo tibi
duos ſeruos meos Dominicū ⁊ Frā
ciſcū: qui mundū cōuertent ad te. Qđ
⁊ factū eſt. Qꝛ hi duo ordines ſūt duo
candelabra in mūdo. Cō bene innuit
Dantis. xi. paradoxi. Diuina proui=
dentia que mundum regit eo conſilio
quo omnis creatura ſuperatur ante=
ꝗ̄ in perditione caderet propter ſuaꝫ
libidinē. Sponſam eccleſiam in ſubli=
mi clamat. Deſpōſauit eiꝰ cruore ſa=
cro In quā ponit curas ⁊ confidentiā
Creauit duos ꝑncipes qui in eius fa
uorē. Qui hinc ⁊ inde eſſēt illi duces
Unus totus fuit amore ſeraphicus.
Alter ſapientia cherubico ſplendore
fuit in terris. Conductus ſūt Bono
nie: poſt conuerſionē multoꝝ pctōꝝ
morti vicinus. Cōuocatis. xij. fratri=
bus ad ſe: teſtamētū fecit di. Hec ſūt
que vobis iure hereditario tanꝗ̄ fi=
lijs poſſidenda relinquo. Charitateꝫ
habere. De qua Auguſti. Sola dile=

ctio dicernit inter filios regni ⁊ dya
boli. Humilitatem ſeruate. De qua
Mat. xi. Diſcite a me. ⁊c. Pauperta-
tē voluntariā poſſidete. De qua Mat.
v. Beati pauperes. ⁊c. His dictis. et
fratribus oſculatis: lugentibuſq; de
ſuo receſſu: conſolatus eſt di. Gaude-
te viſcera mea: quia ad patrem vado
⁊ ꝓ vobis ⁊ oꝛdine meo oꝛabo. Et qḋ
ꝓmiſit non fefellit. Nā in breui poſt
ſuum obituꝫ: creuit oꝛdo mirabiliter
tam in numero fratrum q̄ꝫ in ſcientia
Sumptis omnibus eccleſie ſacramē
tis: tum audita eſt vox. Ueni ad gau-
dia vite. veni dilecte mi. Et ſic fratri
bus vale fecit ductus ad illam patri
am ſupernā. In verbo. Ueni: fiat pra
ctica. Ueni gubernatoꝛ eccleſie. Ueni
tuba paradiſi. Ueni ſplendoꝛ tenebro
ſi mundi. Ueni de triumphali crucis
vexillo: crucis indefeſſe militie. Bea
tus auteꝫ Gualla: tunc epiſcop⁹. Bri
xieñ. qui aliquādo fuerat ibi prioꝛ vi
dit in viſione ſcalam quā xp̄us ex vna
parte: ⁊ mater ex alia tenebant aſcen
denti dominico. Que ſcala habebat.
vij. gradus. ſcilꝫ Charitatem: fidem:
ſpem: iuſticiam: temperantiā: fortitu
dinem: prudentiam. Et interroganti-
bus fratribus quare ſic fleret amariſ
ſime. Reſpondit quia vna colūna ceci
dit eccleſie: ſcꝫ Pater noſter Domini
cus: moꝛtu⁹ eſt. Magnus ergo. ⁊c.

¶ In feſto diui Thome aquinatis do
ctoꝛis eximij.

Magnus voca
bitur: in regno celoꝛuꝫ
Mat. v. ¶ Anima pe-
regrina ad imaginem
⁊ ſimilitudineꝫ ſūmi fa
ctoꝛis creata: pro tanto appellat̄ grā
dis: excelſa: ⁊ alta. in triūphanti pa-
tria paradiſi quāto ſe inuenit: eſſe veſti
taꝫ ⁊ adoꝛnatā virtutib⁹ ⁊ bonis mo
ribus in p̄nti vita. Hierony. ad Celā-
tiā. Nobilitas ſumma eſt apud deū
clarū eſſe virtutibus. Naꝫ ille apud
deū preeſt potioꝛ: nō quem nobilitas
generis: ſed quē deuotio fidei et vita
ſancta commendat. Et. C. flammeus.
in oꝛatione contra. P. Coꝛ. Scipionē
Ego enim nō in aliena gloꝛia aut fal
lis fortune bonis: ſed in propꝛia vera
q̄ꝫ animi virtute nobilitatem eſſe exi
ſtimo. Secundum Egidium romanū
in. li. de regimine principuꝫ ⁊ philo-
ſophum in Pol. Triplici ratione ali
qui ſunt dicti magni.
¶ Primo quidaꝫ a pugna.
¶ Scḋo quidam a ſcientia.
¶ Tercio q̄dam a ſanctitate vite.
¶ Primo a pugna: vt Alexander ma
gnus qui circa. v. milia ciuitates ſub
iugauit: ⁊ quaſi totū oꝛientem. Et Ka
rolus rex francoꝛū: qui totū quaſi oc
cidenteꝫ ſubiugauit. Et de Pompeio
magno: qui dictus eſt magnus apud
romanos: vt refert Oroſius ob rerum
geſtarum multitudinem: populos in
numeros ſubdidit poplo romano. Et
xxij. reges oꝛientales vicit. ¶ Secun
do a ſciētia: vt Albertus magn⁹. De
quo pius papa ad turcum. Precipua
eſt Alberti magni ſcientia: qui nulū
doctrine genus creditur ignoraſſe.
Uere magnus. ideo quia monarcha
philoſophoꝝ nominatur. ¶ Tercio
a ſctitate vite: vt Job. i. Erat aūt Job
vir magnus ſup oēs oꝛientales q̄ mo-
rabantur in terra: ſuper quo Greg. di
cit. Magn⁹ eñi inter oꝛientales effici
tur qui nō inter actiones maloꝝ que
rentiū ꝯma: ⁊ fugitiua: ſed inter cho-
ros conatur ꝑficere ſupernoꝝ ciuiū.
Et Johānes bap. Luce. i. ait angelus
zach. Erit magnus coꝛā domino. Et
Mat. xi. Inter natos mulieꝝ non ſur
rexit. ⁊c. ſ. maioꝛitate virtutū. Iſto tri
plici mō fuit Thom̄. Primo a pugna
cōtra mūdū dimicās. Scḋo a ſciētia
q2 doctiſſimus viroꝝ. Tercio a ſancti
tate vite: q2 nunq̄ peccauit moꝛtalit̄
Eccleſia canit hodie. Collaudet̄ rex
glorioſe: q̄ p Thomaꝫ lumen eccleſie
mūdum replet doctrina gratie. Ma-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gnus fuit triplici ratione.
¶ Primo ratione diuinalis prenomi
nationis,
¶ Scdo rõne diuinalis ordinatiõis.
¶ Tertio ratione diuinalis glorifi
cationis.
¶ Primo rõne ꝛc̃. Una maxima eſt in
theologia: qḋ diuina ꝓuidentia quo
tiẽſcũqꝫ voluit mittere hoiem aliquẽ
ꝓ vniuerſali reformatione mũdi pri⁹
ipm oſtendit dupliciter.
¶ Primo verbo ꝓphetico,
Scdo ſigno diuino.
Quod patet triplici lege,
¶ Primo lege naturali,
Scdo ſcripturali.
Tertio euangelicali.
¶ Primo naturali. Qñ miſit in tẽpo-
re nature Noe. ꝓ mũdi reformatione
ipſum oñdit verbo ꝓphetico. Gene. v.
c. Qꝛ ei⁹ pater Lamech in nois ipoſi
tione dixit. Uocabit nomen eius Noe
Iſte conſolabitur nos in operibus ma
nuũ noſtraruꝫ in terra: cui maledixit
dñs. q. d. Ueniet diluuiuꝫ ꝑ qḋ terra
maledicetur: et ſterilis efficietur, Sꝫ
Noe cõſolabitur nos: qꝛ vineaꝫ plan
tabit ꝛ vinũ bibemus ꝑ qḋ natura iu
uabitur. Ecce qꝛ ipm oſtendit verbo
prophetico. ¶ Scdo ſcripturali. De
moyſe qñ ipm miſit. Cum eſſet puer
educatus a filia pharaonis oñdit ipꝫ
ſigno diuino. qꝛ coronã capitis ḋ rege
abſtulit ac in terrã ꝓiecit. In ſignum
ꝙ in futuro tẽpore deſtruere debebat
regnũ pharaonis. Uñ ex hoc ſecreta
rij pharaonis clamare ceperũt. Mo
riatur puer iſte. O rex: qꝛ deſtruet re
gnũ tuũ. Uolentes experiri impoſue
runt ori eius prunas ꝓpter quas bal
butiens erat. Moyſes. Quod oſten-
dit: qꝛ poſtea voluit ipm dñs mittere
ꝓ ambaſiatore: excuſabat ſe: ꝙ eſſet
impeditioris lingue. ¶ Tertio lege
euãgelica. Qñ mittere voluit Johan
neꝫ baptiſtã oñdit ipm verbo ꝓpheti
co: ſcꝫ ꝑ angelũ. Lu. i. Erit magnus
corã dño. ſ. ſanctitate ꝛ virtute. Ad ꝓ
poſitũ. Dũ mundus eſſet in maxima
ignorãtia pctõꝝ: ꝛ piiſſimus deus cõ
patiens humano generi vt ipm refor
maret voluit mittere. ſ. Tho. q̇ vt lu-
mẽ ſcientie ꝛ ſanctitatis ecclĩam illu
minaret. Quẽ voluit oſtendere tali ſi
gno ſicut dictũ eſt: ſed dicis. O pater
nũquid erãt alij doctores: Athanaſi⁹
Remigius: Damaſce. Ambro. Greg.
Rñdeo ſm Bona. ꝛ Alber. ſuper Lu.
Qḋ habent hoies reperiri in triplici
differẽtia: in pñti vita. ꝛ ſclo. Quidã
habuerũt ſciam ꝓfundã: ſed nõ habu
erũt claritatẽ vt euangeliſte qui lꝫ di
xerint magna: tñ obſcura. Ex hoc qui
dã plures ſunt effecti heretici vt ma-
nicheus valẽtinianus apolloni⁹. Fu-
erunt inſuꝑ doctores eccleſie ꝛ antiq̇
doctores qui fuerunt obſcuri: intãtuꝫ
ꝙ multi ſunt facti heretici: non bene
intelligentes dicta ſua. Quidam alij
habuerunt ſcientiam claram ꝛ ꝓfun
dam: ſed non habuerunt ſãctitatis ſi-
gillꝫ: quod eſt principale in doctore
quia vt dicit phs li. de pomo ꝛ morte.
Docentes alios mẽtiri nõ debent. Et
Lactã. li. i. c. Nec tã de reb⁹ hũanis
bene meretur q̇ ſciam bene dicendi
affert ꝙ̃ qui pie atqꝫ innocenter do-
cet viuere Hiero. ad Paulinum pſby
terum. Epi et preſbyteri habeant ad
exẽplũ apoſtolos ꝛ apoſtolicos viros
vt quorum honorem poſſidẽtes habe
re nitantur ꝛ meritum. i. q. i. c. Uiliſ-
ſimus cõputandus eſt niſi precellat
ſcientia ꝛ ſctitate qui eſt honore pre-
ſtantior. Ille. in. i. Meth. Signum ſa
pientis eſt poſſe docere: ideo chriſt⁹
Math. v. Qui autem fecerit ꝛ docue-
rit: hic. ꝛc̃. Quidam alij fuerunt q̇ ha
buerunt ſcientiam profundam ꝛ cla-
rã: nõ dubioſam: nõ ſcrupuloſam: non
fantaſticã. Et habuerũt tituluꝫ ſãcti
tatis et bone vite: ſine qua nichil fa-
ctum eſt. Et in numero iſtorum fuit
Thomas aquinas: qui miſſus eſt a
deo ad declarandum dubia et obſcu
ritates. Sed anteꝙ̃ mitteret ipſuꝫ vo
luit prius piiſſimus deus ipſum oſtẽ
dere dupliciter,

¶ Primo verbo ꝓphetico.
¶ Scḋo ſigno diuino.
¶ Primo ꝓphetico: qꝛ cuꝫ eiꝰ mater
domina Theodora eſſet grauida: ipſa
ignorante miſſus eſt q̄dā heremita a
ſpūſancto illuminatꝰ noīe bonꝰ q̄ dixit
Gaude domina theodora: qꝛ cōcipies
et paries filiū: et thomas vocabit̄. i.
abyſſus. hic erit magnꝰ. ſ. in virtuti-
bus: in toto terraꝝ orbe in vita ⁊ ſcia
eritqꝫ ordinis frm p̄dicatoꝝ. Nō erit
ordinis minoꝝ/heremitaꝝ. ſed p̄dica
toꝝ. Nota in v̄bo p̄dicatoꝝ. Qḋ iſte
ordo fuit p̄nunciatus tripliciuia. Pri
ma ꝓphali. Scḋa humanali. Tercia
diuinali. Prima ꝓphali. zach. vi. Ui
di et ecce q̄ttuor quadrige. In q̄drig̃
p̄ma: equi ruffi. i. minores. In q̄driga
ſecunda: equi nigri. i. heremitani. In
q̄driga tercia: equi albi. i. carmelite.
In q̄driga q̄rta: eq̄ varij et fortes. i. p̄
dicatores: q̄ exierunt. et querebāt di
ſcurrere ꝑ omnē terram. Ille. Super
quo Alexāder q̄rtꝰ papa. Hi ſunt viri
ꝓbati in lege dn̄i: fratres ordinis di
ui dn̄ici efficaces q̄dē in ope atqꝫ po-
tentes in p̄dicatione: q̄ vbiqꝫ ꝑ mun-
duꝫ ipoꝝ ora intonāt velut tube. Et i
oēm trā exiuit ſonꝰ p̄dicatiōis eoꝝ ⁊
vſqꝫ ad fines orbis tre ſua ſalutifera
verba ſonāt. Scḋo humanali Abbas
Joachim in ſancto Marco venetijs:
an̄ aduentū huiꝰ ordinis fecit depin
gi habitū eiꝰ ꝑ plēs annos an̄. Prete
rea in conſtātinopoli in ſctā Sophia
eſt ibi ſctūs Paulꝰ cuꝫ lr̄is aureis ſu
per caput di. Agyo Paulꝰ. i. ſanctus
Paulus. Deiñ apḋ ipm̄ eſt q̄dā in ha
bitu p̄dicatoꝝ cum lr̄is ſup caput di.
Kalo. Dn̄icꝰ. i. bonꝰ dn̄icꝰ. Uere bonꝰ
Que quidem figure facte ſunt per an
nos quadringentos ante ordinem.
¶ Tercio diuinali: celebrato latera-
nenſi cōſilio. m. ccxv. ſūmus pontifex
ordinans q̄dam in ꝑtibus tholoſanis
agenda circa negociuꝫ fidei: et decer
ꝛc. Concluſio eſt Tho. in opuſculis d
x. preceptis ꝛ incipit. Tria ſunt hoi
neceſſaria: q duo maxime augēt cha
ritatem. Primum pacientia in aduer
ſis. Secundum ſeparatio a terrenis.
Perfectio ergo chriſtiane religionis
eſt bona agere et mala pati. Et ſepa-
ratio a terrenis. Dico ſic. Ubi eſt ma
ior contēptus rerum tēporalium: ibi
maius premiuz in gloria. Ueritas cō
cluſionis ꝓbatur Mat. xix. dixit Pe
trus xpo in perſona oim apoſtolorū.
Ecce nos reliquimus oīa: et ſecuti
ſumus te: quid ergo erit nobis. Rn-
dit. Amen dico vobis q vos qui reliq
ſtis oīa ꝛ ſecuti eſtis me: centupluz
accipietis ꝛ vitā eternaz poſ. O mira
benignitas q non vult vinci bñficijs.

Si das pauperi: copioſe tibi reddit.
Greg. iij. dia. Tēporalis ſubſtātia cū
diſtribuit: multiplicat. Ad ꝓpoſitū.
Ubi eſt maior cōtēptus: ibi eſt maius
premiuz. Sed quidam ſancti maiora
contēpſerunt bona ꝓ xpo ꝙ apli. Sā
ctus Ludouicus rex Francoꝝ. Alexi
us romanus. Roch⁹. Thomas de aq
no cardinalatum renuit. Sic ſanctus
Uincentius. Sic Bonauentura ber-
nardinus epiſcopatū ſenēſez: igit ſūt
maiores. Et ſi diceres. Nunquid nō
apli talia egerunt: qz Petrus et An-
dreas a xpo vocati fuere: ꝛ ipſū ſunt
ſecuti. Sed quid Math. iiij. Relictis
rhetibus. ꝛc. O diuitie. x. ſolidoꝝ. Vñ
ptz ſcda rō. ¶ Tercio rōne. ꝛc. Regu
la datur a magiſtro meo ieſu xpo in-
fallibilis Luce. i. ꝛ. xviij. Qui ſe hu-
miliat exaltabitur. Eccli. iij. Quanto
maior es: humilia te in omnibus. Et
Jaco. iiij. Humilibus deus dat grāz.
Non immerito: quia ſūme ei placet.
Superbus lucifer: dedit locū chriſto
humili. Diues epulo: lazaro humili:
eua ſuperba: marie humili. Ad ꝓpo-
ſitum. Ubi eſt maior humilitas: ibi
maius premiū. Sed aliqui ſācti maio
rem habuerūt humilitatem ꝙ apli.
Geñ. xvi. de Abrahā. Loquar ad dñz
cum ſim puluis ꝛ cinis. Et. ij. Regnz
xvi. Lugem vt vilior fiā pluſꝙ factus
ſum: ꝛ ero hūilis in oculis meis. Pra
ctica de ſancto marco. de Franciſco.
de moyſe. de Dñico. Hanc hūilitatez
non habuerūt apli: immo ſupbi Luc.
xxij. Facta eſt ꝯtentio inter aplos: qs
eoꝝ videretur maior Petr⁹ ſe lauda
bat di. Ego ſum princeps eiꝫ veſtrū
Andreas. Ego ſum pmus xpianus ꝛ
diſcipulus fui. Joh. bap. Jaco. ꝛ Joh.
di. Nos ſum⁹ filij zebedei. ꝛ Bartho-
lomeus di. Ego ſuz filius regis. ꝛ Lu
cas di. Ego ſum medicus. Matheus
di. Ego fui mercator ſpolioꝝ et pelli
um anguillarū. Unde fuerunt ſuperbi
igitur aliqui in patria ſunt maiores
aplis. vñ patz pma opinio. ¶ Secūda
opinio eſt doctoruz. Q apoſtoli ſunt

ſimplicíter maiores omnib⁹ ſanctis
Quid dicis o Thom. ſup illud ad Ro.
viij. Nos primitias ſpũs habẽtes di.
Aplí ſunt preferendi omnibus ſctis
quacunq̧ prerogatiua ꝓfulgeãt: ſiue
virginitatis: ſiue doctrine: ſiue mar
tyrij: tanq̃ abundantius ſpũſctm̃ ha-
bentes. Et ſuper verbo ad Ephe. i.
Scd̃m diuitias gr̃e eius dicit. Ex quo
apparet temeritas illorum ne dicam
error: qui aliquos ſanctos preſumunt
equiparare aplís in gr̃a et in gloria.
Ille. Ad ſcd̃m veniamus.

¶ Secundum dr̃ ⁊c. ſm Tho. i. ij. q.
clxi. ar. iiij. In. i. ſen. diſt. xvi. In. i. p.
q. xliij. ar. vij. ⁊ ſuper Ro. vi. Conclu
ſio hec extrahitur. Qd̃ apoſtoli ſunt
omnibus ſanctis maiores digniores q̧
Que concluſio ꝓbatur triplici rõne.

¶ Primo rõne approximationis.

¶ Scd̃o rõne electionis.

¶ Tertio rõne repletionis.

¶ Primo rõne ⁊c. Concluſio eſt au-
ctoris. li. de cauſis. Qd̃ quãto magis
aliquid appropinquat ſuo principio
in quolibet genere: tanto magis parti
cipat effectum illius. Exempli gratia
de illo qui appropinquat igni ſoli
plus participat de virtute illoruz. Ad
propoſitum. Approximare deo anima
chara mea: non fit paſſibus corporis
ſed affectibus mentis. vt ponit Ber.
ſuper Gen̄. xvij. Ambula coram me
et eſto perfectus. Tribuis elemoſinã
pauperi: paſſum vnuz acceſſiſti apud
deũ: ⁊ ſic de ſingulis. Et quanto quis
eſt deo proximior: tanto eſt dignior et
perfectior. Xp̃s eſt ꝑncipium gratie ⁊
origo omnium gratiarum atq̧ bono
rum. Jo. i. Gratia et veritas per ieſuz
xp̃m facta eſt. Sed nullus fuit preter
virginem huic principio xp̃o vicinior
atq̧ ꝓpinquior q̃ collegium apoſto-
lorum: q̄ immediate a xp̃o fuere edo-
cti de oĩbus ſecretis vite eterne. Hie.
ad Paulinum. Qd̃ alijs exercitatio:
⁊ quotidiana in lege dei meditatio tri
buere ſolet hoc illis ſpirituſſanctus
ſuggerebat. Johes ruſticus et piſca-
tor indoctus. Et vñ vox illa obſecro
In principio erat verbum: et verbum
erat apud deum. hoc plato neſciuit:
hoc Demoſthenes ignorauit. Ille Fu
it eis reuelatum ſecretum totius tri-
nitatis: Vñ xp̃s quadaz vice vocauit
aplós di. Jo: xv. Vos autez dixi ami-
cos: qr̃ omnia que audiui a pr̃e meo
nota feci vobis. Et. i. Jo. i. de ſe ⁊ alijs
dicit. Quod fuit ab initio quod vidim⁹
quod audiuimus: annunciamus vo-
bis. O cancellarie ſpũſſancti. Non im
merito. Quia vt habet phs. viij. Eth.
Nihil eſt tã ꝓprium amicoꝝ: q̃ ſimul
conuiuere et conuerſari. Cuz xp̃o dor
mierunt: biberũt: comederunt: confa
bulati ſunt que om̃ia erant amicitie.
hi ſunt qui miranda viderunt in ipſo
chriſto cecos illuminare: mortuos ſu
ſcitare: infirmos ſanare: et facie vide
runt eum. O priuilegium apoſtolorũ
videre xp̃m oculis corporeis. O ſi vide
res eum. Refert Aug li. de ciui. dei.
q̧ tria concupiuit videre. Primo ro
mam in ſuis triumphis. De qua Lu-
canus. Roma quãta fuit: ipſa ruina
docet. Scd̃o Paulum predicantem.
Tertio chriſtũ in carne. Adam vixit
annis. ix. c. xxx. Noe. ix. c. l. Lamech.
vij. c. lxxij. Mathuſale. ix. c. lxix. ſz nõ
viderunt ipſum in carne: quam tanto
pere deſiderarunt. Iſti autem ſic. Un
de dixit eis Lu. x. Beati oculi qui vi-
dent que vos videtis. Dico eniz vobis
q̧ multi prophete ⁊ reges voluerunt
videre que vos videtis ⁊ non viderũt
Fuerunt ergo maiores: qr̃ primiores
De his Dañ. lxi. li. Paralip. Iſti alij
igniti contemplatores hoies extire-
runt eo calore accenſi: vnde flores ori
untur et fructus ſancti. Unde patet
prima ratio. ¶ Secundo ratione ⁊c.
Concluſio eſt Thom. iij. par. q. xxvij.
ar. iiij. Qd̃ vnicuiq̧ datur gratia ſm
illud ad quod eligitur. Exempli gra
tia de archa Noe: quã gr̃a dei ꝑfecit
de moyſe ad pharaonem. Ad propoſi
tum. Apoſtoli fuerunt dicti: vt eſſent
tube in eccleſia dei ⁊ ambaſſiatores

diuini nominis: ⁊ ſup omnes ydonei.
Unde.ij.Cor.xiij.ca. in perſona oim
apoſtolorum. Idoneos nos fecit mini
ſtros noui teſtamenti. Hi fuerũt miſ=
ſi ad predicandum: ad baptizandũ ad
docendum Mat.xviij. Eũtes docete
omnes gentes: baptizantes eos in no
mine patris ⁊ filij ⁊.ſpũſſancti. Et vt
dicit Albertus ſuper Lucam. Xpus
miſit illos cũ illa auctoritate qua pa=
ter miſit filiũ ſuuz Johannis.xx. Si=
cut miſit me pater.ſcʒ cuʒ eadem au=
ctoritate ⁊ ego mitto vos. O quomo=
do ſtaret mũdus: niſi fuiſſet apoſtoli
Qui ſuis ſermonibus mundũ conuer
terũt. De his figuratiue fuit dictum
Hieremie.xvi.ca. Ego mittam vobis
piſcatores ⁊ piſcabũtur. Ubi dubium
queritur. Quare non ſunt electi ho=
mines probi ad officium apoſtolatus
ſed ſimplices ⁊ piſcatores. Reſpõdet
Albertus ſuper Lucam ꝙ triplici ra
tione. Sed vnam tm̃ adducaʒ in pre=
ſentiarũ: videlicet propter fidei veri=
tatem. Non elegit ſapientes philoſo
phos aut doctores: ſed viros indoctos
ad veritatẽ fidei comprobandã. Que
ſi a ſapiẽtibꝰ fuiſſet introducta: aſcri
bi potuiſſet ſcientie ⁊ ꝓbitati illorũ.
Sed indoctos elegit: vt veritas fidei
manifeſtaretur Apoſtolus.i.Cor.i.
Uidete fratres vocationem veſtram:
qm̃ non multi nobiles ſm carneʒ non
multi potentes: non ſapientes: ſʒ que
ſtulta ſunt mundi elegit deus vt con=
fundat fortia Ille. Et Thomas ſup
ps. Apoſtoli ſine litteris idiote ⁊ ſim
plices deſtruxerũt oms inimicos xpi
Et ſic falſa eſt ſnia Porphyrij. Qui
dixit tres fuiſſe garrulatores q̃ totũ
munduʒ ad ſe conuerterunt. Primus
fuit moyſes in populo iudaico. Secũ
dus machometus. Tercius xps. Uñ
patet ſecunda ratio. ¶ Tercio ratio=
ne.⁊c̃. Quicunq; receperunt ſpm̃ſan=
ctum excellentius ⁊ abundantius: hi
profecto ſunt perfectiores coram deo
Sed apoſtoli ſpm̃ſanctũ receperũt et
tẽpore ꝑus ⁊ ceteris abundãtiꝰ. Jdo

ſunt maiores. Actuũ.ij. Repleti ſunt
oẽs ſpirituſancto et ceperunt loqui.
Super quo Albertus. Quadruplex
eſt plenitudo ſpũſſancti. Prima eſt ef
fluentie que ſola fuit in xp̃o. De qua
Jo.i. De plenitudine eius omnes ac=
cepimus. Secunda eſt excellẽtie que
ſola fuit in maria. De qua Lu.ij. Aue
gratia plena. Tercia eſt ſufficientie
qua pleni ſunt omnes ſancti. De qua
Luce.i. Et zacharias pater eius iple
tus eſt ſpũſancto. Quarta eſt abundã
tie que fuit in apoſtolis: qui pre cete=
ris fuerunt pleni. Unde ex hoc nullꝰ
poteſt apoſtolis equiparari. Glo. ſup
illud. Conſtitues eos principes.⁊c̃.
Beate virgini: nulla mulier compa=
ratur: ſicut nec aliquis ſanctꝰ põt apo
ſtolis cõparari. Ille. Cur frater Ga=
briel. Quia fuerunt eccleſie fundato=
res. Apoc.xxi. Murus ciuitatis hie=
ruſalem habens fundamenta.xij. Et
nomia.xij. apoſtoloꝝ erant in eis ſcri
pta. ⁊ Math.xvi. Tu es petrus ⁊ ſup
hanc petram edificabo eccleſiã meã.
Ubi dicit Albertus ſuper Luc. ꝙ xp̃s
in hac vita quinq; habuit.
¶ Primo corpus qd̃ tradidit iudeis.
Scd̃o animã quaʒ patri cõmiſit.
Tercio ſubſtantiaʒ temporaleʒ quaʒ
tradidit iude.
Quarto matrẽ quã Johã. donauit.
¶ Quinto eccleſiã: quã ſoluʒ petro et
apoſtolis cõmiſit. Sũt ergo maiores
In huius ſignuʒ eccleſia in ſuis ceri=
monijs poſt ſummũ pontificem qui eſt
eccleſie caput: imediate collocat car
dinales: q̃ ſunt pre ceteris digniores
Qd̃ ideo facit: qꝛ papa in eccleſia xp̃ʒ
repñtat cũ ſit eius vicarius: vt patʒ
di.xx.§. vlti. Cardinales autem loco
apoſtoloꝝ ponũtur. Ex quo pʒ: ꝙ apo
ſtoli in eccleſia poſt xp̃ʒ ⁊ eius matrẽ
primuʒ locum tenent. ¶ Preterea ec
cleſia in cãtico. Te deũ laudamꝰ poſt
cherubin ⁊ ſeraphin: añ patriarchas
⁊ ꝓphetas: ſequitur apoſtolorum cho
rus. Canta. Te glorioſus apoſtolorũ
chorus. Concludamus ergo ſic. Ubi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt maior gratia ibi maius meritum
per conſequens & gloria. Quanta eſt
gratia: tanta eſt charitas. Quāta eſt
charitas: tantum eſt meritum. Quan
tū eſt meritum: tantum eſt premium.
Apoſtoli fuerunt hui9mōi. igit̄ patet
concluſio noſtra. Ad ſolutionē argu.
Unica reſponſio nobis ſufficit: que eſt
Johannis Scoti in.iiij. ſent. ſic perfe
ctio & ſanctitas vite alicuius: nō con=
ſiſtit p̄ncipaliter in pauptate: aut in
pacientia: aut humilitate: ſed in cha
ritate. iuxta illud apl'i. Super omnia
charitatem habete quod eſt vinculū
perfectionis. Et de penitētia diſt. vi.
Sine charitate nō eſt ſalus. Et ratio
Quia paupertas vel vite auſteritas.
& huiuſmodi: nō notant perfectionē.
nec hoīem perfectū faciunt: cū ſint
inſtrumenta iuuātia ad perfectionē
vt habet etiā Tho. Non ſequitur ꝙ
Johānes bap. aut alius ſctūs viuēdo
in maiori pauptate q̄ xp̄us: ꝙ fuerit
xp̄o perfectior. Abſit a ſeculo. In pro
poſito. Si aliq̄ ſancti inuēti ſunt q̄ ma
iora egerint q̄ apoſtoli: nō pp̄ter hoc
fuerunt pfectiores: qr fundamentum
oīm virtutū eſt charitas: & ipſi ſuper
oēs eā habuerūt. Plus meruit Pe=
trus relinquēdo nauiculā: q̄ zacheus
dando tot diuitias: quia cum maiori
charitate hoc egit ſic dico d' aliis. Un̄
Gre. ſuper verbo Math. iiij. Relictis
rhetibus. &c. Multum dedit qui totū
reliquit. Unde patet. In vitis patrū
legitur de quodā patre q̄ optabat in=
formari cū quo erat glorificandus in
celo. R̄ndit angelus. Cum gregorio
papa. R̄ndit. Quia abūdauit delitiis
ego autē pauper. R̄ndit angelus. Tu
magis delectaris in vna catta quam
habes in cella: q̄ Greg. in omi gloria
ſua. Ad propoſitum de apoſtolis. Un̄
patet ꝙ ſunt maiores: & ſic p ꝯñs de=
bent plus honorari. Sed plus hodie
ſancti noui venerantur: & veteres re=
linquuntur. Facetia de p̄ſbytero qui
crucifixum veterē flebat. O crucifixe
vetus doleo ſuper te valde. Surrexit
crucifixus nouus qui. &c.

¶ Tercium d'r. &c. Tres ſunt operati
ones quas apoſtoli ſunt opati in pre
ſentiarum.

¶ Prima dicitur p̄dicatio.
Scd̄a d'r miraculorū patratio.
Tercia d'r martyrii ꝯſummatio.

¶ Prima d'r. &c. Ad hoc officium fue
runt precipue electi apoſtoli: tāq̄ pri
mi p̄dicatores & fundatores eccleſie.
Johannis. xv. Ego vos elegi de mun
do vt eatis & fructū afferatis: & fruct9
veſter maneat: et poſtq̄ reſurrexit a
mortuis: dixit eis Marc. vltim̄. Eun
tes in mundum vniuerſum predicate
euangelium. &c. Mat. vlt. Euntes do
cete omnes gentes. Et hoc officium
p̄dicationis dicitur apl'icū ad quod
aſſumi non debent niſi perſone ſuffi=
cientes. Fiat practica Apoſtoli habu
erunt principatū in toto mundo iux=
ta illud. Conſtitues eos p̄ncipes. &c.
Albertus ſup Lu. Andreas fuit p̄n=
ceps populi achaienſis in grecia. Ja=
cobus maior princeps populi hyſpa=
nie Thomas indie: Philipp9 ſcythie
Bartholomeus indie minoris: Ma=
theus ethiopie: Symon meſopota=
mie: Thadeus egypti: Mathia iude
am in ſortem accepit: Petrus prin=
ceps totius eccleſie. Unde Criſoſto.
ſuper Mat. Tria totus mundus mi=
rabatur. Primum chriſtum poſt mor
tem reſurrexiſſe. Secundū carnē in
celum aſcendere. Tercium duodecim
apoſtolos piſcatores totum mundum
conuertiſſe. Ille. Secundum op9. &c.
Secundū Thomā. xxij. que. clxxviij.
Deus miracula fecit: maxime pp̄ter
tria. Primo pp̄ter ſāctitatis alicu9
demonſtrationē quem pro merito vi=
te vult aliis preponere in exemplum
ſue virtutis: vt fecit de Anthonio et
de aliis ſanctis Secundo miracula fe
cit vt fidem approbet. Gloſa. ſuper il=
lud vt det illis hereditatem gentium
hec fuit intentio miraculorum vt gē
tes crederent. Que quidam miracu=
la non ſunt in alia natione: niſi in ca

tholica. Tercio miracula facit deus
ad confirmandam virtutem predica
tā: ⁊ ſic ſunt facta miracula ⁊ ſigna p̄
dicantibus apoſtolis: qui ſuper om̄s
miraculis ⁊ ſignis claruerunt. Nam
poſt xp̄i paſſionem maiora miracula
fecerunt in virtute nominis chriſti: ꝙ̄
fecit ipſe xp̄us ſcḋm quod ipſe promiſe=
rat eis. Johan. xiiij. Qui credit ī me:
opera que ego facio ⁊ ip̄e faciet: ⁊ ma
iora horum faciet. Quod patet. Ma=
ius miraculum fuit: ꝙ ad vmbraꝫ pe
tri infirmi ſanarētur: quā ꝙ ad tactū
Martha ſanaretur a fluxu ſanguis.
Maius miraculū fuit: ꝙ Paulꝰ Dio
nyſiuꝫ converteret ꝙ̄ ꝙ chriſtus La=
zarum ſuſcitauerit. Maius miracu=
lum fuit ꝙ roma ad vocē vnius piſca
toris omiſſis ſecularium ſtudijs ⁊ de
poſita om̄i infidelitate ad xp̄m ſe con
uerterit ꝙ̄ ꝙ chriſtus filiuꝫ vidue ſu
ſcitauerit. O miraculum miraculoꝝ.
O tuba paradiſi. O rectores ſancte
eccl'ie. O veri patres ⁊ amatores xp̄i
fidelium. O ſplendores tenebroſi mū
di. O baiulatores triūphantis vexil
li ſancte crucis. Terciū opꝰ eſt mar=
tyrij cōſummatio Apoſtoli anteꝙ̄ ha
berent ſpiritūſanctum erant debiles
in fide. Unde Leo papa ante aduen=
tum ſpiritusſancti ſub ip̄o crucis dn̄i
ce tempore: alij ex diſcipulis effugan
tur: alij vnius voce ancille terrentur
Ille. Sed poſt ſp̄ūſſancti confirmati
onem cōſtantes fuerunt ad oīa ſuſti
nenda. Ac. v. Ibant gaudentes a con
ſpectu. ⁊c̄. Et ad Ro. viij. Quis nos
ſepabit a caritate chriſti. q. d. nullus
Nullū genus tormentorum intactuꝫ
remāſit. Petrus crucifixus. Paulus
decapitatus. Und̄ raban̄ ſermone om
ſanctoꝝ. Apoſtolis eſt ſubiectuꝫ triū
phale martyriuꝫ nomē qui p̄ diuerſa
tormentoꝝ genera xp̄i nomē vbiqꝫ ꝓ
feſſi ſunt. Unde patet ꝓpoſitū. ¶ Hy
ſtoria ſancti Andree ſuccincta. ¶ Pꝰ
dn̄i aſcenſioneꝫ ap̄lis diſperſis p̄ mū
dum ad predicandum euangeliū An
dreas in Achaiam ingreditur ⁊ ip̄aꝫ
eccleſijs repleuit: vt et rex hyſpanie
in granate expulſis infidelibus: ipſuꝫ
lauda ſuper om̄s p̄ncipes. Et populū
ad xp̄m conuertit: ⁊ ſup̄ omnia vxoreꝫ
Egee proconſulis romani ad fidem
conuertit: atqꝫ eam baptizauit. Audi=
ens hoc Egeas iratus ingreditur ci
uitateꝫ que dicitur patras ⁊ xp̄ianos
omnes cōpellebat ad ſacrificia idolo
rum. Cui occurrēs Andreas di. Opor
tebat vt tu qui iudex hoīm eſſe meru
iſti: iudicē tuū qui in celis eſt agnoſce
res ⁊ agnitū coleres et colendo aīm
tuum ab his dijs penitus reuocares.
Cui Egeas. Tu es Andreas qui ſup̄
ſtitioſam ſectam predicas quaꝫ roma
ni principes iuſſerunt exterminari:
cui Andreas: romani principes non
cognouerunt quomodo dei filius ve=
niens in mūdū docuerit idola eſſe de
monia. Reſpōdit egeas. Quia docuit
hic cruci eſt affixus merito a iudeis.
Cui Andreas ꝓ noſtra ſalute non ꝓ
ſua culpa mortuus eſt. Quod patet p̄
ſcripturas Iſa. liij. Omnes nos quaſi
oues errauimꝰ ⁊ dn̄s poſuit in eo oīm
noſtrum iniquitatem. Cui egeas Ni
ſi mihi obtēperaueris: o Andrea ip̄aꝫ
crucem te faciam experiri. Reſpondit
Andreas. Si crucis patibulum ab=
horrerem: crucis gloriam non p̄dica
rem. Eccl'ſ. iiij. Pro iuſticia agoniza
re. ⁊. in. vi Ethi. Duobus exiſtentibꝰ
amicis ſcm̄ eſt honorare veritatem.
Extra de re. iu. in. vi. Si de veritate
ſcandalum naſcitur: tutius ſcandaluꝫ
naſci permittit: ꝙ̄ veritas relinquat
Iratus egeas ip̄m in carcereꝫ poſuit
Et mane facto ꝓ tribunali ſiſtitur et
ab ip̄o inuitat̄ ad ſacrificium idoloꝝ
Alr ꝙ ip̄m ſupplitijs grauibꝰ afficiet
cui And. Quicq̄d vis fac: qꝛ tāto dn̄o
meo ero gratior ꝙ̄to fuero in tormen
tis cōſtātior. Ad hoc ꝓpoſitū. Tice. l.
Tuſcu. q. d. De theodoro dū ei leſima
cus rex minaret̄ facere mori ī patibu
lo. Reſpondit voce viua. Iſtis tuis
purpuratis iſta horribilia minaret q̄
ſo. Theodoro nihil inter eſt humi: an

ſublimi putreſcat. Unđ iuſſit a.xx.ho
minibus ipſuz cedi: ⁊ ceſuz manibus
⁊ pedibus cruci alligari: vt ſic longio
rez cruciatū reciperet. Cum ad cru-
cez duceret factus eſt concurſus po-
ploꝝ di. Innocens eius ſanguis effū-
ditur ſine cauſa dānatur. Uidēs cru-
cem a longe eam ſalutauit di. Salue
crux precioſa que in coꝛpoꝛe xp̄i dedi
cata es: ⁊ ex mēbris eius tanq̄ȝ mar-
garitis oꝛnata. O bona crux diu deſi
derata: accipe me ab hoībus ⁊ redde
me magiſtro meo xp̄o vt per te me re
cipiat qui per te me redemit. Hec di-
cens exuit ſe ⁊ veſtes miniſtris dedit
Sicq̄ȝ eum in cruce vt iuſſum fuerat
ſuſpenderunt. In qua biduo viuens.
xx. milibus hominum aſtantium pre-
dicauit. Minante autem turba egee
moꝛtem ⁊ dicente. Uiruz ſanctū man-
ſuetum ⁊ piū non debere iſta pati: ve
nit vt ipſuz deponeret. Quez videns
Andreas di. Quare veniſti egea. Si
ꝑ penitētia ipſā a nobis conſequeris
Si aūt vt me deponas ſcito ꝙ viuus
de cruce non deſcendā. Iaz eīn video
regez meū qui me expectat. Et cū vel
lent euz ſoluere nullo modo potuerūt
ad euz pertingere. Tunc ſplendoꝛ ni-
mius de celo veniens dimidia hoꝛa
euz circumdedit: ita vt null⁹ eū vide-
re poſſet. Et abſcedente lumine ſpm̄
cuz lumine ſimul tradidit. Maximil-
la vero tulit coꝛpus eius ⁊ optimo lo
co cuz aromatibus ſepeliuit. Egeas
autē anteq̄ȝ domū rediſſet arreptus
a demone in via corā om̄ibus expira
uit. Felix igitur ⁊ glorioſiſſim⁹ fuit il
lius martyrū finis: nā andreas ꝑ illđ
meruit ſecreta ſcandere celi: vbi cuz
xp̄o fruit etna pace in ſcla ſcloꝝ.

¶ In feſto cōceptiōis btē ꝟginis ma
rie. In quo ſmone explodit ac ꝯfutat
impia opinio quoꝝūdaz vulgarū igno
rantiū: ⁊ vera aſſeritur: ſm dicta oim
ſapientiū et maxime ſanctoꝝ doctoꝝ
xp̄iane religionis.

QUi elucidāt
me vitam eternam ha
bebunt. Eccleſiaſtici.
xxiiij. ¶ Quanta ſit
Marie virginis laus
dignitas et excellētia nulla pura cre
atura enarrare poteſt. Augu. in quo
dam ſer. De te o virgo maria quid di
cam pauper ingenio: cuz de te quid
dixero minoꝛ laus ē: q̄ȝ tua dignitas
mereatur. Si celum te vocem: excel-
ſioꝛ es. Si matrem gratiarum dicaz:
precellis. Si foꝛmam dei appellez di
gna es. Si dn̄am angeloꝝ te clami-
tē: per om̄ia ſic eſſe ꝓbaris. Quid er
go dicam: quidue referā: cuz non ſuffi
ciat lingua carnis tuas enarrare vir
tutes. Ille. Ideo ipſa de ſe ait. Qui e-
lucidant me: hoc eſt qui me veneran-
tur: qui me laudant: qui me inuocant
vitaz eternaz habebunt. Ueruz quia
quidē falſo illā laudare vidētur aſſe-
rentes eaz ſine originali conceptā de
hac conceptione erit ſermo. In quo
tria ſunt videnda per oꝛdinez.
¶ Primū dr̄ opinionis.
Scđm dr̄ declarationis.
Terciū dr̄ confirmationis.
¶ Primū dicitur. ⁊c̄. Queritur dubi-
um. Utrum virgo maria ſit concepta
in peccato originali. Circa hanc dif-
ficultatem due ſunt opiniones famo-
ſe. Una dicit ꝙ non: alia ꝙ ſic. quas
videbimus per oꝛdinem. Sed prius
videbimus breuiter: quid eſt pecca-
tum originale vt ſic intelligam⁹ ma-
teriaz. Egidius in tractatu de pecca
to originali. ⁊ Thomas. i. ij. queſtio.
lxxvij. ar. i. In. ij. diſtin. xxx. In. iiij. di
ſtinctione. iiij. ij. ar. iiij. Peccatū ori
ginale eſt carētia iuſticie originalis.
Ille. Aduertenduz eſt ſm theologos
ꝙ deus fecit hominez rectuz iuxta il
lud. Eccleſiaſtici. xv. Inueni ꝙ deus
fecit hoiez rectū. Qꝛ ſcȝ in eo oīa infe
rioꝛa erāt ſubiecta ſupioꝛibus. Caro
eīn in eo erat ſubiecta ſcȝ anime. Qꝛ
null⁹ moꝛb⁹ nulla paſſio aut indiſpoſi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tio poterat)inſurgere in carnem que
anime ipſi⁹ repugnaret. Preterea vi
res inferiores erant ſubiecte ſuperio
ribus vt concupiſcibilis et iraſcibilis
ita erant ſubiecte menti et rationi: vt
nihil in eis inſurgeret: niſi ẜm dicta=
men rationis. Iſte ordo dicebatur iu
ſticia. Quia iuſtum eſt vt inferiora ſu
perioribus ſubijciantur. Dic ergo in
diffinitione. Eſt carẽtia iuſticie. Dice
baẜ autẽ hec iuſticia originalis: quia
erat in poſteros ꝑ originẽ transferen
da. Adã ergo peccãte ⁊ a ſuo ſuperio
re ſe auertente. ordo rõnis poſcebat
ꝙ cuꝫ ipſe nollet ſuo ſupiori eſſe ſubie
ctus: ꝙ eius inferiora ſuperiorib⁹ re
bellarent. Propter ꝙ caro ſtatim ce=
pit rebellare aĩe: et inſurgere in cor
pore cõtrarie diſpoſitiões ipi⁹ forme
Ideo adã qui potuit non mori: ſi non
peccaſſet: eo peccante neceſſitatem
habuit moriendi: q̃diu ſtetit adam in
ſua rectitudine poterat non mori: et
poterat non peccare. Poterat non
mori: qꝛ eo ſic ſtante: nihil inſurrexiſ=
ſet in corꝑe qd̃ repugnaret anime.
Poterat non peccare: quia vires in=
feriores erãt oĩno ſubiecte ſuperiori=
bus. Acceperat eñ Adã ꝓpter hanc
originalem iuſticiam vt poſſet ſtare
Poterat enim peccata vitare Eo aũt
peccante ⁊ a deo ſe auertẽte perdidit
hanc originalẽ iuſticiã et hãc rectitu
dinem qua inferiora ſupiorib⁹ erant
ſubiecta. Et quia hmõi rectitudineꝫ
peccando ꝑdidit: non potuit in poſte=
ros eam transfundere. Hoc eſt ergo
pctm̃ originale qd̃ dixim⁹: qꝛ ipm̃ ori
gine cõtrahim⁹. ſ. carẽtia hui⁹ recti=
dinis: hui⁹ iuſticie origĩalis: cũ d̃bito
habendi eã. Scd̃m eñ ordineꝫ natu=
re iniuſticie neceſſariuꝫ erat iuſticia
originalis ad ſaluteꝫ conſequendaꝫ.
Quia ergo ea carem⁹ ⁊ eaꝫ tenemur
habere vt ſum⁹ membra ade. Priua=
tio vel carentia originalis iuſticie cũ
debito habẽdi: eſt pctm̃ originale Et
ſic patꝫ denominatio hui⁹ vocabuli.
Nõnulli tenẽt virginẽ fuiſſe imunẽ

ab hoc. Quã concluſionẽ ꝓbãt tripl'r
Rõne. Auctoritate. Exemplo. ¶ Pri
ma rõ hec eſt. Uirgo maria in matreꝫ
dei electa erat exaltanda ſuper oĩes
angelos: vt eccleſia canit. Exaltata
es ſancta ⁊c̃. Sed angeli fuerunt p̃ſer
uati ab oĩ peccato: igiẜ ⁊ virgo ma
ria a fortiori cũ eſſet ſupior. ¶ Scd̃a
rõ. Abſurdũ eſt credere virginẽ mari
am fuiſſe aliqñ in odio et indignatio
ne filij ſui xpi et obligataꝫ ſupplitio
cuꝫ eſſet mater cariſſima: ſed ꝑ pctm̃
originale pſona dicitur filia ire et de
putata eterno ſupplitio: igitur ⁊c̃.
¶ Tertia rõ ⁊c̃. Uirgo maria debe=
bat fieri ſpale habitaculũ dei. ergo de
bebat ſpalius p̃parari: ſꝫ ſi cõcepta fu
iſſet in pctõ originali: non fuiſſet ſpã=
lius preparata: igitur non fuit conce
pta. ¶ Quarta ratio. Qd̃ deus potuit
facere ⁊ decuit: fecit. Sed de⁹ potuit
et decuit facere ipm̃: ꝙ virgo maria
ſine originali conciperet: igitur fecit
¶ Quinta. rõ. Nulla dignitas conue
niens virgini eſt ab ea auferẽda. Sꝫ
cõcipi ſine pctõ originali: cõueniens
fuit virgini. igiẜ non ⁊c̃. ¶ Sexta rõ
Dr̃. ff. de officio q̃ſtoris. l. i. Illi opinio
ni ſtandũ eſt. q̃ plurimoꝝ teſtimonio
ꝓbaẜ. Et phus li. de ſom. ⁊ vig. Qd̃ ab
omnibus vel pluribus dr̃: fidem hꝫ ꝙ
ita ſit. Et. i. Ethi. Fama quam omnes
famãt vel exclamant: non põt in toto
eſſe falſa. Ad ꝓpoſitũ. Sꝫ quaſi oẽs ⁊
maxime vulgus tenẽt vel exclamant
ipam ſine originali pctõ conceptã: igi
tur ⁊c̃. De cẽtũ. xciiij. Hãc tenẽt opi.
igiẜ ⁊c̃. ¶ Septima rõ. Feſtũ non cele
braẜ. niſi de re ſctã. Sed feſtũ cõcepti
onis ipſius celebraẜ: igitur fuit ſcta
ex conſequẽti ſine pctõ originali: igiẜ
⁊c̃. Octaua rõ. Indulgentie non danẜ
niſi ꝓ re ſctã. Sed ſixtus papa. iiij. de
dit celebrãtibus cõceptionẽ indulgẽ
tiaꝫ ꝑ totã octa. igiẜ fuit ⁊c̃. ¶ Nona
rõ. Miracula non pñt fieri niſi a ſctã
Sꝫ cõceptio virginis fecit ⁊ ꝯtinue fa
cit multa miracula: q̃ cõtinue recitan
tur a p̃dicatoribus: igiẜ iſta cõceptio

fuit sancta. ¶ Decima ratio. arguūt quidam. Illud qđ est per angelum. reuelatū: est firmiter tenēdū. Sz beatā virginē fuisse conceptaz sine pctō fuit a deo reuelatuz vt patet de quodam helisino abbate. qui cū in medio maris fluctibus mergeretur: apparuit ei angelus di. Quod si voluisset annuatim celebrare celebrandamq; predicare conceptionem virginis. a naufragio liberaretur. At ille cuz se hoc facturū promisisset statim sedata tēpestate: saluus cū vniuersa comitiua i patriā reuersus est. Pz de primo Scđo arguunt auctoritatib⁹. Primo Aug. li. de natura ⁊ gratia. Excepta virgine maria: cum de pctis agit propter honorē dñi nullā volo prorsus habere qstionē. preterea Tho. in. i. sū. di. xliij. q. iij. Beata virgo semper immunis ab omi pctō originali ⁊ actuali fuit. Preterea inducūt. s. Dñicū de quodā li. quē edidit de corpe xp̄i ɔtra Albigēses sic di. Sicut pmus Adam fuit in agro damasceno de terra virginea ⁊ imacl'ata format⁹. sic scđs Adā scz xp̄s fuit de carne virginea et immaculata ɔcept⁹. Preterea. Ansel. in ep̄la ad coep̄os anglie: de celebranda cōceptione. Nō est deuotus nec ver⁹ amator virgis q̄ respuit colere festū cōceptiōis marie ⁊c. De illo pdicatore q̄ Tolose pdicans contra hanc conceptionē: exiēs de pulpito quidam canis niger affuit qui ipm fratrē deuorauit. Et sic patet pma opinio nostri sermonis.

¶ Secundū dr ⁊c. Opi. ij. dicit oppositū. Et pbat itentū suū duplici mō.
¶ Primo ratione theologicali.
Scđo auctoritate legali.

¶ Primo rōnibus plīmis efficacissimis. Pria hec est. Id qđ maxime resistit fidei nostre est impiū ⁊ crudele: et oio nō tenendū: imo respuendū quia est resistere spūi. s. Sed dicere. b. virginem fuisse sine peccato orig. conceptā: ē resistere fundatissime fidei igitur fuit cōcepta in peccato orig. Maior est vera. Minor pbat. Aug. in. v. li. cōtra iulianū: Oēs hoies vulneratos esse pctō ɔthoplausti: ap̄ls approbat cū di. Oēs em̄ peccauerūt ⁊ egent gr̄a dei: dicendo oēs. nullū excepit: sz totū declarauit genus hūanū. Peccauerunt em̄ oēs cuz ex vno pctōre oēs nascant pctōres. Uos aūt duz aliquē excipitis resistitis fundatissime fidei vbi ap̄lus ait. Per vnum hoiem: pctm̄ intrauit in mūduz. et p pctm̄ mors et ita in oēs ɔtrāsijt in quo oēs peccauerūt. Nūqd hec falsa sūt. Quis audeat hoc dicere nisi diuinorum eloquiorū aptissimus inimicus. Idē in epistola ad Optatum de origine anime Illud vbi per maxime fides xp̄iana consistit est vt credamus q̄ per vnū hominem peccatū intrauit in mundū. ⁊ p peccatum mors: et ita in oēs pertransijt. in quo omnes peccauerunt. Secunda ratio. Contradicere sacre scripture est erroneū et impium. vt dicitur in decre. distin. ix. cap. Ego solis. ca. Quis nesciat. cap. Si ad sacras. Et. xxiij. q. iij. c. Quidaz autem. et. ca. heresis Sed dicere virginē fuisse cōceptam sine pctō originali: est contradicere sacre scripture: igit fuit concepta ⁊c. Quid dicis o Paule. Ro. iij. Omnes peccauerunt: Et. c. v. Per vnum. ⁊c. Sup quo Augu. Ap̄ls dicēdo omnes nullū excepit: ɋnimo totū genus declarauit humanū. Ille. Cur o pater Aug. nō excepisti hic matrē dei: cum de illa fueris deuotus. Respōdet. Nō possū in hoc loco: quia in nūero alioꝝ est In quo oēs inqt apostolus. Excepi eam qñ debui: ⁊ qñ locutus sum de pctō actuali. Et vbi o pater Augustine Ju li. de natura et gratia: vt etiam ponit a magistro in. iij. di. iij. Si oēs scti et sctē cū hic viuerēt interrogati fuissent: an pctm̄ haberēt: omēs vna voce clamassent. Si dixerimus quia pctm̄ nō habemus ipsi nos seducim⁹ et veritas in nobis non est. Ubi Augu. loquitur de actuali: nō originali pctō: vt qdā garrulant. Un̄ patet rō

¶ Tertia rō. Null⁹ dānak pena mor
tis niſi ex pctō originali. Patet Gene.
ij. vbi dr. Morte moriemini. Virgo
maria mortua eſt. Jmmo patet: quia
eccleſia confitek: igitur fuit ſubiecta
morti. Mors fuit pena pcti origina-
lis. Ipſa cuz alijs mortua eſt: igitur
fuit concepta in originali. De xp̄o d͛r
ꝙ pro nobis. ¶ Quarta rō. Attribue
re virgini qđ eſt ſoli⁹ xp̄i: eſt impium
et nephariū: ſed cōcipi ſine originali
eſt ſolius xp̄i: igitur ⁊c. Vñ Bona. in
iij. diſt. iij. q. i. ar ij. Non enim omnis
honor q̄ attribuik filio: attribuendus
eſt matri. Qr ſic nō eſſet virginē ho-
norare: ſꝫ poti⁹ cōtumeliā facere. Et
Bernar. Virgo regia: falſo non eget
honore: veris bonorum titulis tumu
lata. O ſtulti ſeculares: q̄ putant virgi
nem honorare: et ipſam vituperant.
¶ Quinta rō ⁊ vltima erit. Aſſerere
cōtrariū et oppoſitū eius qđ fere oēs
famoſi doctores tenent. eſt impium et
temerariū. Sed btām virginem nō fu
iſſe cōceptā in pctō originali eſt oppo
ſitū ei⁹: qđ fere oēs doctores tenent.
igik dicere virginē nō fuiſſe cōceptā
in originali eſt impium. Unde Glo. ſu
per. c. Decimaꝫ. de decimis: vbi dicit
Innocēti⁹. Opionib⁹ magiſtroruꝫ nō
vult derogare. Et de reſtitutionibus
ſpoliatorū. c. Litteras. Et. ff. de origi-
ne iuris. l. ij. §. Poſt originem. Unde
qđ a plurib⁹ et precipue ſapiētib⁹ d͛r.
firmiter eſt tenendū: et illud negare
eſt temerariū. Ad propoſitū. Non ſo-
lum antiq̄ doctores: ſed etiam poſte-
riores tenuerunt: ⁊ in ſcriptis reliq̄ue
rūt. ꝙ virgo btā ⁊ oēs homies preter
xp̄m in ſui cōceptione pctm̄ contraxe
rūt. Qđ pꝫ triplici teſtionio ſ. p̄ntiaꝝ;
¶ Primo eccleſie doctorum.
Secūdo canoniſtarum.
Tertio religionum.
¶ Primo Auguſtini in. vi. cōtra Ju-
lianū. Oēs ad mortē p adā: omēs ad
vitā p xp̄m. Qr ſicut in adā omēs mo
riunk: ita et in xp̄o oēs viuificantur
Vos aūt dū nō oēs ſed multos ſiue p
adam cōdēnatos: ſiue p xp̄m libera
tos vultis intelligi: horrēda pūerſita
te chriſtiane religioni eſtis infeſti.
Jlle. O Gregori quid dicis in. xij. mo
ral. Nullus ſine pctō fuit niſi ille q̄ in
hoc mūdo venit ſine peccato. O hier.
quid dicis ſup illo verbo. ps. xij. De
manu canis vnicā meam. Unica: eſt
aīa xp̄i: quia ſola eſt ſine peccato. O
Ambro. quid dicis ſup Luc. ij. Quod
eñ ex te naſcetur ſanctum. Sol⁹ eñ
p oīa eſt nat⁹ de femia ſanctus Dñs
ieſus. Et Ber. in epiſtola ad Lugdu
nēſes de feſto cōceptiōis nō celebran
do. Libēter virgo hoc honore carebit
quo vel peccatum honorari vel falſa:
videk induci ſctitas. Nulla eñ rōne
placebit cōtra ritū eccl'ie preſumpta
nouitas: mater temeritatis: filia ſu
perſtitionis: ſoror leuitatis. Jlle. Sic
tenet Leo papa: in multis ſuis ſmo-
nibus. Sic Anſel. in lib. Cur de⁹ hō
Et beda in homel. ſuper Miſſus eſt
Caſſiodrus ſuper ps. Ugo in libro de
ſacramentis. Alanus in expoſitione
ſymboli. Guillelmus durandi in ra-
tionali diui. offi. henricus de ganda
uo in quolibetis. Preteres iterum
Auguſtinus in. ij. contra Julianum.
Omnes inquit homines illi primo-
rum parentum peccato naſcuntur
obnoxij: hoc qui negat: chriſtiane fi-
dei fundamenta ſubuertere conatur
Una eſt enim omnium catholicorum
firma fides: qui per vnum hominem
peccatum intraſſe in mundum: et ita
in omnes pertranſiſſe: vno corde cre-
dunt vno ore fatentur et veſtras no-
uitias preſumptiones catholica an-
tiquitate ſubuertūt. Propter quam
catholicam veritatem ſancti ac bea-
tiſſimi diuinorum eloquiorum cla-
riſſimi ſacerdotes hyreneus. Cipri-
anus. Reticus. Olimpius. hylari-
us. Ambroſius. Gregorius. Theolo-
gus Innocentius. Johannes. Baſili-
us. quibus velis nolis addo hierony
mum preſbyterum: vt omittam eos
qui nondum dormierunt aduerſus

vos proferſit de omniuz hominū pctō
originali: obnoxia ſucceſſione ſniam
Uñ nemo excipit: niſi ſolus ille quem
virgo ſine lege peccati concepit. Jlle.
Ad canoniſtas venio. Gratianus con-
pilator decreti. De conſe. diſti iij. et
iiij. per totū inter alia ca. in capitulo
Firmiſſime tene. ſic dicit. Firmiſſi-
me tene et nullatenus dubites: q̄ om
nis homo qui per concubitum viri et
mulieris concipitur cum peccato ori
ginali naſcatur.
Johannes theutonicus gloſator.
decreti. De conſe. di. iij. c. Pronūcian
dum. Et diſtin. iiij. ſuper. c. Per bap.
vbi ſic dicit. Feſtum conceptionis vir
ginis marie non eſt celebrandum q̄
fuit concepta in peccato ſicut ceteri
ſancti excepta vnica perſona chriſti.
¶ Johānes andreas doctor bono. ſu
per. c. Conqueſtus. Extra de feriis.
¶ Idem dominus hoſtiē. in ſumma
ſua. Ti. de pe. et re.
¶ Idem dñs Johannes calderinus
doctor bono. ſup. c. Conqueſtus ſupra
Idē dñs Petrus de bruto in ſuo
reptorio in littera cōceptionis.
¶ Ordo minorum Bona. in. iij. Si btā
virgo non habuiſſet aliquod peccatū
nō fuiſſet xp̄i morte redempta: qđ eſt
impium et nepharium.
¶ Alexāder de ales doctor pariſieñ. i
iij. p. ſū. dicit. Si. b. virgo maria non
fuiſſet concepta in pctō originali non
fuiſſet obligata pctō nec pene: nec
habuiſſet reatuz peccati: ſed q̄ non hz
reatū pcti non indiget redēptione: q̄
redēptio eſt ſolum propter obligatio
nem pcti vel pene: et propter reatuz
pcti: ergo. b. virgo non indiguiſſet re-
dēptione facta p xp̄m: q̄ non eſt ſm
catholicā fidē ponendum. Jlle.
Idē tenet Ric. de media vil. in. iij. di.
iij. Anima iuxt beate virginis ex ſui
vnione ad carnem originale pecca
tum contraxit. Et Nicolaus de lyra
ſuper illud. Spūſſanct⁹ ſuperueniet
in te. Bene dixit ſupueniet in te quia
venerat ſpirituſſanctus ſuper virgi
nem adhuc in vtero matris exiſten
tē ab originali peccato purgando vt
communiter d̄r. Et frater Jacoponus
de eodē ordine in laude vulgari: ſic e
legāter ⁊ optime loquit: O virgo ſu
pra feminas. Sancta maria beata: ſu
pra feminā dico Quilibet naſcit ini
micus poſtq̄ aīa in vētre clauſa fuit
infuſa virt⁹ altiſſimi te ſctificauit.
Diuina vnctio te ſanctā fecit: et oīs
immūdicie fuiſti expers. Ab origina
li pctō q̄ adā ſeminauit: ⁊ cū quo q̄ſq̄
naſcitur: tota fuiſti mundata. Jlle
¶ Idem dicit doctores ſequētes.
Aluarus hiſpanus: eiuſdem ordinis
Johannes de rupella.
Robertus canton.
Reginald⁹ archieps̄ rothomagēſis.
Johannes rigaldi.
Bertrādus de turre cardinalis.
Bartholomeus de piſis.
Giraldus odonis in li. de figuris.
¶ Ordo heremitar̄. Egidi⁹ de roma
in quolz. Btā inq̄t v̄go ſine dubio ori-
ginale pctm̄ in ſui cōceptione ↄtraxit
Auguſtinus de anchona: ſuper epi
ſtolas Pauli. Facinus de aſt. in. iij.
ſen. diſtin. iij.
Gregorius de Arimino in ij. ſenten.
di. xxx. q. ij. dicit. Scđm auctoritatem
ſacre ſcripture et Augu. et Ambro.
et anſel. firmiter tenendū eſt. virginē
in originali pctō fuiſſe conceptā.
¶ Ordo carmelitarum. Guido epiſco
pus in. iij. quolibet. q. xiij. Sequendo
rationes et auctoritates canonum et
ſanctorum ſalua puritate virginis.
teneo q̄ beata virgo fuit concepta in
peccato originali.
Et Paulus de Peruſio in. iij. diſt. iij.
Firmiter tenendum eſt beataz virgi
nem fuiſſe in originali peccato con
ceptam: tum quia fuit concepta per
cōcubitū viri et mulieris: tum quia ſo
lus xp̄s fuit cōcept⁹ ſine peccato
¶ Ordo cartuſienſium: qui per totuz
orbem feſtum hoc non celebrat: niſi
ſub nomine ſanctificationis: dicens
in prima oratione. Supplicationem

ſeruoꝝ tuoꝝ deus miſ.exaudi : vt qui
in ſanctificatione. Idez dominus Jo-
hannes calcar in ſermone de natiui-
tate:⁊ ceteri alij.
Ordo ciſtercienſium. Oddo abbas
in homel. ſuper euāg. Stabat iuxta
crucem ieſu. Et dñs anibaldus ſuper
iij.di.iij.⁊ alij plures.
¶ Preterea doctores ſeculares de-
uotiſſimi ⁊ in ſcientia famoſi. Ugo de
ſancto victore lib. de ſacramentis .li.
ij.par. ij.c.vi. Ricardus de ſancto vi-
ctore. ſuper illud ſpiritus ſanctus ſu-
peruenietin te. Petrus lombardus
i ſuo.iij.li.ſen. di.iij. ¶ Ordo p̄dicato
rum. Tho.in.iij. parte.q.xiiij. ar.iij.i
i.ij.q.lxxxi.ar.iiij.in.ij.ſen.di.xiij.ar.
ij. Sic petrus de taran.in.iij. di.iij.et
Ugo gallicus in.iij.di.iij. Durandus
in .iij.diſt.iij. Petrus de pal.in .iij.di
iij. Albertus in.iij.di. iij. dicere inq̄t
beatā virginē fuiſſe cōceptaz in pec-
cato originali : eſt hereſis condemna
ta a b. Bernar.⁊ ab omnibus magi-
ſtris pariſius. Herueus ordinis ge-
neralis. Ugo cardinalis in expoſitio
ne Luc. Nicolaus traueto. Robertus
holcot. Martinꝰ qui fecit Cronicas
Uincentius qui fecit ſpecula. Jaco-
bus de vorагi. Et omnes alij qui ſunt
numero.xlix.huius ordinis affirman
tes hanc opinionem. Quid vobis vi
detur ciues mei ſup hoc. Quare oēs
religiones non pugnant pro doctori-
bus ſuis. Ecce quot doctores quot ſa
pientes hoc affirmāt. Sed dicūt emu
li noſtri q̄ fuit priuilegiata.q2 a pec-
cato preſeruata. Oſtendant illud pri
uilegium ⁊ eis fidem dabimus.
¶ Tertium principale dicitur reſpō
ſionis.ad ar.vbi ſupra.⁊ ad rationes
Reſpondeo ad ſingula.
¶ Ad primum de angelis qui preſer-
uati fuerunt : multomagis virgo ma
ria. Angeli non habuerunt poſſibili
tatem ad contrahendum peccatum
originale.q2 fuerunt oēs immediate
creati a deo ⁊ non per originem ſemi
naliter propagati: ſicut virgo maria
ſed bene habuerunt poſſibilitatez ad
peccandum actualiter: ⁊ ideo nō fue
runt preſeruati a peccato originali:
ſed ab actuali : q2 preſeruatio a malo
preſupponit poſſibilitatem eius qui
preſeruatur ad illud malum quantuz
eſt in ſe. Et ſic patet reſpōſio ad p̄mū
¶ Ad ſecundum de indignatione fi-
lij.eſſe odioſum deo pōt contingi du-
pliciter .Uno modo per actum volun
tatis proprie:⁊ hoc fuit in virgine.
Alio modo nō propria voluntate :ſed
vterina conceptione propter inordi-
natam voluntatem primi parentis:a
quo ſeminaliter perſona propagatur
Et hoc non eſt abſurdum.ſed neceſſa
rium credere hanc irā habuiſſe. Sed
poſt q̄ fuit mater dei : vel poſtq̄ fuit
ex vtero nata nunq̄ fuit deo odioſa:
vel in indignatione filij. ſed ſemper
fuit ab eo dilecta. ¶ Ad tertium de
habitaculo. Reſpōdeo. Uirgo maria
fuit ſpeciale habitaculum: dato q̄ in
peccato originali fuerit concepta:q2
pre ceteris ſanctis ſpecialius fuit ab
originali peccato mundata . In ſua ſā
ctificatione copioſius ceteris munus
gratie accepit vt non ſolum purgare
tur a peccato : ſed vt etiam tota eius
vita redderetur immunis a peccato
actuali:mortali et veniali quod nulli
ſanctorum cōceſſum eſt .Unde exceſ
ſit oēs in ſanctificatione. ¶ Ad quar
tum reſpondeo. Quod licet deus de
potentia abſoluta potuiſſet preſerua
re virginem a peccato originali:cum
hoc non implicet contradictionem.q2
nō erit impoſſibile omne verbuz : nō
tñ potuit de potentia ordinata que cō
ſideratur circa ordinē a diuina ſapi
entia inſtitutum ſm quem ordinatuz
fuit vt chriſtus eſſet omnium redem
ptor :q2 ſi fuiſſet preſeruata:non indi
guiſſet redemptione facta per xp̄m.
Ad quintum. Rñdeo ſm egidium.
de roma or. heremit.in. vi. quolibet.
Cōceptio in originali peccato non de
rogat dignitati virginis : quinimmo
plus commēdatur ⁊ congruit officio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuo per qđ facta eſt: vt eſſet mediatrix
noſtra ⁊ membrū xp̄i. Quāuis eim̄ cō
cipi in peccato originali: nō ſit ꝑm ſe
laudabile tn̄ inq̄ztum per hoc fit ho=
mo membrum xp̄i. prout a tali pecca
to liberatur pertinet ad laudem ei⁹.
Uñ negare virginem originale pctm̄
nō cōtraxiſſe. eſt negare illā ad xp̄m
ordinem habuiſſe ⁊ negare illā mem
brū xp̄i fuiſſe. Unde magis eſt lauda
bile cuz peccato fuiſſe. ¶ Ad ſextum
Rñdeo. Qđ plures ſunt qui credūt et
affirmant concluſionem de originali
q̄ȝ in partem oppoſitaz. Nā ducēti q̄n
quaginta doctores iſtud aſſerunt. Et
quāuis plures vulgares hoc teneant
Nos aūt fidez preſtamus doctis.
¶ Ad ſeptimum. Reſpondet Alber=
tus de brixia in ſumma de inſtructio
ne confeſſoris. Quāuis virgo in ori=
ginali fuerit concepta tn̄ creditur in
vtero matris ſue ſanctificata fuiſſe
anteq̄ȝ nata ex vtero. Et ideo circa ce
lebrationez conceptionis eius diuer
ſa conſuetudo eccleſiaruz ſeruat̄. Ro
mana eccleſia conſiderās virginē fu
iſſe in originali cōceptā: non celebrat
feſtuz conceptionis eius. Alique ꝟo
eccleſie conſiderātes ſanctificationē
eius in vtero matris ſue: poſt aiatio
nem factaz tollerante romana eccle=
ſia feſtuz conceptionis eius celebrāt
Uñ illa celebritas non eſt referenda
ad conceptionez rōne conceptionis: ſȝ
rōne ſanctificationis eius in vtero fa
cte poſt ꝯceptionē: cui⁹ ſctificationis
feſtū in die ꝯceptiōis celebrat̄: qꝛ quo
tp̄e ſcrificata fuerit ignorat̄ Ille. pre
terea hoc feſtuz tolleratur inquantuz
refertur ad ſanctificationē virginis
concepte: ⁊ non ad conceptionē eius.
Et ita dicit oratio que dicitur in hoc
feſto rome in ſancta maria maiori.
Deus qui ſanctificationem virginis
marie. Unde non eſt feſtuz conceptio
nis: ſed ſanctificationis. Concordat
ſuper hoc Johan. Andree. ſuper. c. cō
queſtus. Extra de ferijs. ⁊ alij q̄ȝplu
res. ¶ Ad octauum de indulgentijs.
Reſpondeo. De ip̄o ſolo legitur ꝙ ſic
iſtius opinionis cū alij ſanctiores fue
rint opinionis contrarie: vt patet de
ſuis anteceſſoribus. Preterea vt vica
rius chriſti errare nō poteſt ſed bene
talis homo et perſona. ideo ⁊c̄. ¶ Ad
nonum de miraculis. Reſpōdet. Tho
mas. xxij. q. xvij. ar. ij. Qđ miraculoꝝ
aliqua quidem non ſunt vera: ſed fan
taſtice facta. quibus ſcilicet ludifica
tur homo vt videatur ei aliquid quod
non eſt. vt quotidie fieri cernimus
ꝑ incantationes. Quedam ſunt ve=
re facta: ſed non vere habent ratio=
nem miraculi. quia fiunt virtute cau
ſarum naturaliuȝ. Unde concluditur
ꝙ huiuſmodi miracula: forte ſunt ar
te demonum: vt demones decipiant
eos et in hoc errore teneant: vt ſuſci=
tet diſcordias inter viros religioſos.
Ad ꝓpoſitum. Ex deuotione quam
homo habet ad virginem erit mira=
culum: non ratione conceptionis: ſed
deuotionis matris quam ad illaz ha
bet et ratione fidei. ¶ Ad decimum
de reuelatione. Reſpondeo ꝙ non eſt
verum de reuelatione illa: nec ſunt
iſta dicenda đ Anſelmo vt ꝓbat Uin
centius in ſpeculo lib. xxvi. c. xxxvi.
ſed malicioſe ſunt poſita. Anſelmo
impoſita. Sicut falſe beato Bernar=
do de macula in frōte: quod eſt abſur
dum: immo prophanum hoc aſſerere
immo hereticum. Unde ſcriptura in
Apoca. Sine macula enim ſunt ante
thronum dei. Et alibi. Non intrabit
in ea aliquid coinquinatuȝ. Secundo
probatur auctoritate. Ad verba Au=
guſtini. Reſpōdeo ꝙ loq̄tur de actua
libus contra Pelagium: a quibus im
munis fuit virgo maria: et nō origina
libus. Ad illud de ſancto Tho. Reſpō
deo ꝙ Tho. bene dicit: quia ꝟgo fuit
immunis ab omni peccato ꝓ eo tēpo
re quo incepit eſſe mater dei: ⁊ dei in=
ceps vſq̄ȝ in perpetuū fuit immunis
a peccato originali. Cū hoc tamen ve
re ſtat ꝙ fuerit ꝯcepta in peccato ori=
ginali: non omnes chriſtiani ſunt im



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mumes a peccato originali : tñ fuerūt
concepti ī peccato originali. Nō em̄
dicit Thom̄. ꝙ virgo fuerit immunis
in ſui conceptione a peccato origina
li ſed dicit ꝙ fuit immunis a peccato
originali. quando. ſ. ꝑparata fuit vt eſ
ſet mater dei. Et ſic patet reſpōſio ad
argumenta illius opinionis. Ad illō
de. ſ. Dñico. Reſpondeo ꝙ Vincenti⁹
hyſto. li. iij. c. xcvi. hyſtoriam recitat il
lius libri qui in flammas ꝓiectus ter
exiuit illeſus penitus. Sz ꝙ fuerit de
corpe xp̄i. nullā facit mentionē. Vnō
non ꝓſtatur fides talibus. Preterea
nunꝗ̄ fuit reputatuz hereticū tenere
beatā virginez fuiſſe conceptā in ori
ginali: ideo non erat opus vt per illā
auctoritatē beatus dñicus impugna
ret hereticos Preterea talia apō nos
nō ſunt. Ad illud de Anſelmo. Non
eſt deuotus: nec verus amator virgi-
nis. R̄ñdeo ꝙ vere non ſunt verba An
ſelmi ſed conficta ab aliquo volēti de
cipere ſtolidum vulgus. Ad illud ex
emplū de illo qui comedit fratrez illū
ſunt dementie et fatuitates.

¶ In feſto ſancti Thome apoſtoli.
De fide ſermo magnus.

NOli eſſe incre
dulus: ſed fidelis. Jo. xx.
Ab optimis et excellen-
tibus theologis cum ſtabili et firmo
fundamēto ꝟtutes tā theologicas ꝗ̄
cardinales: maxime eſſe neceſſariuz
eundi ad paradiſum virtutem ſctē fi
dei: quia vt vult Tho. xxij. q. iiij. ar. i.
In ꝑmo cōtra gen. c. v. vi. vij. In. q. di.
de. veri. q. xiiij. ar. ij. Fides eſt ſubſtā
tia. radix. ⁊ origo oim virtutum ⁊ bo
noꝝ ſpūaliuz dyo. li. de diui. no. c. vij.
Fides eſt vnicuz credentiū fundamē
tū: radix oim virtutū: et bonoꝝ ſpūali
um. Et ſicut radix arboris eſt funda
mentū oim fructuū: ita fides oim bono
ruz ſpūaliū. Unde apl's. i. Cor. ij. Fū
damentuz aliud nemo pōt ponere. ſ.
neceſſarium ad ſalutem. ꝑter id quod
poſituz eſt. quod eſt chriſtus ieſus. ſ. fi
des ieſu xp̄i: quod affirmat ꝑ Augu.
de fide ad petrum. Firmiſſime tene ⁊
nullatenus dubites: non ſoluz omnes
paganos: ſed et omnes iudeos et oēs
hereticos atq̄ ſciſmaticos qui extra
eccleſiā ꝑſentem finiunt vitā: in ignez
eternum ituros qui paratus eſt dya-
bolo et angelis eius. Ille. Et pius pa
pa epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei illu-
ſtri machometo turcho. ꝑncipi: timo
rem diuini nominis pariter ⁊ amorē
Sapientibus ⁊ inſipientibus debito
res ſumus et omnes cupimus ſaluos
fieri: grecos latinos iudeos: ſarrace-
nos: oibus optamus bona. Sed ſcim⁹
vera bona neminez aſſequi poſſe: qui
extra eccleſiam deſit et a xp̄o dño ali
enus eſt Ille. Quod conſiderans apo
ſtolus. Tho. cū fuiſſet incredul⁹ per
dies aliquot de xp̄i reſurrectione: ⁊ di
centes aliij: vidim⁹ dñm: ille dixit. Ni
ſi videro in manibus eius fixurā cla
uoꝝ. et mittā manū meā in latus ei⁹
non credam. Apparenti autē ei dixit.
Dñs meus et deus me⁹. Cōfeſſus eſt
humanitatē in ꝟbo. Dñs me⁹. et di-
uinitatem in verbo deus meus Et vt
dicit Grego. in omē. plus ꝓfuit nobis
Tho. infidelitas ꝗ̄ fides credentiuz
diſcipuloꝝ. Hoc fuit magnū ꝑuilegiū
ſuꝑ oēs apoſtolos. Scdm̄ ſniam Alb.
ſuper Lu. Quidam cognouerunt xp̄z
reſurrexiſſe ī viſu: vt Cleophas. ⁊ Lu
cas euntes in Emaus. Lu. vlt. Qui-
dam ex auditu: vt petrus Mar. xv[i].
Dicite diſcipulis eius et petro. Qui
dam ex guſtu, vt diſcipuli qui ad pi-
ſcationem fuerunt. Jo. vi. Quidam ex
tactu et viſu. vt Thomas qui chriſtū
tetigit. Vñ eccleſia. O Thoma didy-
me qui meruiſti chriſtū tāgere. Cui
xp̄s dixit aſſumpta ꝟba. Noli eſſe ⁊c.
In q̄bus ꝟbis de laudibus fidei Tho
me. ac noſtre erit hodiernus ſermo:
vbi tria videnda ſunt de ea.
Sermonē habes. Fo. xliij.

¶ In die natiuitatis domini.
Sermo ineſtimabilis.

Euangelizo vobis gaudiuꝫ magnum
qđ erit omni populo: qꝛ
natus eſt nobis hodie
ſaluatoꝛ mundi. Luce
ij. Grandē facūdiā ⁊ ſtilū ac verboꝝ oꝛ-
natuꝫ requirit ſolēnitas hodierne nati-
uitatis ſpecialis. Vbi icarnati q̄ in tali
die p recuperatione ⁊ redēptione infe
licis hūane nature noſtra paſſibili et
moꝛtali carne veſtituꝫ eſt. Et vere ſi-
cut deus voluit oſtendere ſuam infi-
nitam potentiam in pꝛincipio mundi
in creatione creaturarum eas produ-
cendo de nō eſſe ad eē: iuxta illud. Di
xit ⁊ facta ſunt. Idē omnia quecūqꝫ vo
luit dñs fecit. Et Beda in home. za-
chei. Que impoſſibilia ſunt apud ho-
mines poſſibilia ſunt apud deum. Ita
in vltima etate huius tp̄is voluit oſ̄
dere ſuā īfinitā miſericoꝛdiā q̄ de na
tura humana facta captiua in manu
dyaboli illam voluerit liberare me-
diate incarnatione filij ſui. O magnū
priuilegium nobis conceſſum ſecūdū
Tho. ſup epiſtolas Pauli. Deus di-
uerſis modis voluit loqui populo iu-
daico ⁊ patribus antiquis. Modo per
colūnā igneam in ea apparendo. mo
do per perſonā mediā. ſ. per angelū.
modo per viſionē: ⁊ coꝛpalem ⁊ ymagi
nariam: ⁊ intellectualē. ſed nobis mo
do ſingulari locutus eſt p filiū. Unde
apoſtol9 ad heb. i. Multifarie mul-
tiſqꝫ modis olim deus loquēs patrib9
in pphetis nouiſſime aūt dieb9 iſtis
locutus eſt nobis in filio quē cōſtituit
heredem vniuerſoꝝ per quē fecit ⁊ ſe
cula. Hoc eſt qđ ſpōſa petebat Cañ.
i. Oſculetur me oſculo oꝛis. ſ. per in-
carnationem. Qđ Leo papa premedi
tans in ſermone hodierno: exhoꝛtat
nos ad grandē exultationem ſpūalem
di. Hodie dilectiſſimi ſaluatoꝛ noſter
natus eſt gaudeam9. Neqꝫ eni phas
eſt locum eſſe triſtitie: vbi natalis eſt
vite. Nemo ab hui9 alacritatis par-
ticipatione ſecernitur. Una cunctis
leticie communis eſt ratio. Exultet
ſanctus. qꝛ appropinquat ad palmā.
Gaudeat peccatoꝛ: quia inuitatur ad
veniam. Animetur gentilis: quia vo-
catur ad vitam. verbum enim dei de
us filius dei propter liberandum ho-
minem ab eterna moꝛte: factus eſt
homo. Ille. Euangelizo vobis ⁊c. De
chꝛiſti natiuitate tria erunt videnda
in p pꝛeſentiarum
¶ Pꝛimum eſt filij dei eternalis de
terminationis.
¶ Secūdum eſt filij dei coꝛdialis ſup
plicationis.
¶ Tertium eſt filij dei humanalis in
carnationis.
¶ Pꝛimū eſt ⁊c. Utrum fuit neceſſa-
rium xp̄m incarnari pro redemptione
generis humani. Reſpōdet thomas.
iij. parte. q. i. ar. ij. In. iij. diſtin. ij. In.
iiij. di. contra. gē. c. xv. Alex. de ales.
in. iij. par. ſum. Ric. de media vill. in
iij. diſtin. xx. ar. i. Anſel. i li. Cur. de9
homo. Et philoſophus. v. Meth. Qđ
duplex eſt neceſſitas. Pꝛima eſt ab
ſoluta. Secunda conditionata. Exem
plifica de ambabus. Quo ad pꝛimā
non fuit neceſſarium chꝛiſtum incar-
nari. Et ratio eſt: quia cum deus ſit
omnipotens erant alij modi ad ipſuꝫ
liberandum. Unde Augu. lib. xiij. de
trini. c. x. Si queratur vtrum alio mo-
do potuerit genus humanū liberari:
q̄ per icarnationē filij dei. Dicimus
⁊ alium modum poſſibilem ei fuiſſe:
cuius poteſtati cuncta ſubiacēt. vnde
ps. Omnia quecūqꝫ voluit dominus
fecit. Idem. Dixit et facta ſunt. Ma-
thei. xiiij. Abba pater omnia tibi poſ
ſibilia ſunt. Beda in omel. zachei.
Que impoſſibilia ſunt apud homi-
nes poſſibilia ſunt apud deum. Po-
terat enim mittere angelum. pphe-
tam patriarcham ⁊c. Unde erāt alij
modi ad genus humanum redimēdū
Si loquimur de ſecunda neceſſitate

G ij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN
